Sicut pars fortune vel una aliarum quas diximus isto autem modo se habebit taurus in domo septima ratione coniugii Et geminum in domo tercia ratione fraternitatis Et cancer in domo prima ratione amicitiarum Et leo in quarta domo ratione bonorum et dignitatis Et virgo in quinta ratione librorum chartarum et scolarum et plantarum vini Et libra in domo secunda ratione staterarum ponderum et mollium Et scorpius in domo duodecima ratione carcerum oppressionum subditorum et inimicorum et captivitatis Et sagittarius in undecima ratione militum et armorum et senescallorum regis Et capricornus in octava ratione mortis et inimicitatis Et aquarius in sexta ratione servorum bestiarum et vassallorum Et pisces in domo nona ratione peregrinationis itinerum

Et licet ista signa in istis domibus predictis habeant istas proprietates predictas habebunt etiam alias proprietates ratione conditionis in aliis domibus Sicut piscis et cancer in sexta septima ratione coniugii Sic etiam cum concordaverit planeta signum et domus clarius et verius efficient iudicium et significationem sicut venus in tauro pisce cancro vel libra in domo septima ratione coniugii semper si fuerit in coniunctione vel bono aspectu cum Jove vel luna Et sicut mars in scorpione in domo duodecima ratione oppressionis quia omnes hii concordant in significatione oppressionis

♀ in ♉ ♓ ♋ ♎

♂ in xii ♏

Preterea maiores proprietates habebunt planete in quibusdam domibus quam in aliis ratione concordancie in eadem re Et ille domus dicuntur domus gaudiorum suorum et significant in eis fortius suas proprietates Et opposite istarum domorum dicuntur domus tristicie eorum et significant lamentacionem propter contrarietates earum Sicut saturnus cuius letitia est in domo duodecima quia ambo significant clausionem Jupiter vero in undecima quia significant ambo amicitiam Et mars in octava propter mortes Et sol in nona propter scientias Et venus in quinta propter letitiam Et mercurius in prima propter fabulas et verba Et luna in tercia propter societates et capitula sic ergo in istis domibus planete significant gaudia earundem rerum Et si sunt in oppositis earum significant lamentaciones talium rerum ipsarum domorum

♄ gaudet in xii
♃ in xi
♂ ☉ ♀ ☿ ☽

Nota hic de gaudiis et casibus planetarum

Sicut Saturnus in sexta domo significat lamentationem — ♄ plorat in 6
per aliquam infirmitatem Et Jupiter in quinta plo-
rat per filios Et Mars in secunda per aliquid amissum Et
Sol in tertia per attinentes aliquorum potentes Et Venus
in undecima per amicum vel amicam Et Mercurius
in septima per testimonium falsum Et Luna in nona
per hominem vel societatem peregrinantem
Et iterum etiam isti planete habent maximas vir-
tutes in aliis domibus sicut ipsi qui sunt talis nature
sic Saturnus in domo octava circa mortem vel mor-
borum vel inquisitionem mortis Et Jupiter in domo secunda
circa divinationem [?] vel fidem Et Mars in duodecima circa in-
carcerationis [?] Et Sol in decima circa reges et regna Et
Venus in septima circa coniugium Et Mercurius in
quinta circa librorum scolarium cantum [?] et per communia [?]
Et Luna in prima per famam corporis
Et cum fuerit aliquis planeta in aliquo signo et — cum unum signum est in duabus domibus
signum huius accipiat plenum duarum domorum habe-
bit virtutem ambarum domorum sicut si esset aliquis planeta
in ascendente signo et pars signi accipit plenum duo- — cum pars signi est in xii et residuum in prima
rum domorum significat contentionem et cogitationem cum inimicis
Et si postquam signum secundum in quo est bonus planeta intra- 2
verit in domo prima significat tunc semper sanum statum et
cum suo corpore et quod corpus obtineat illam statum
Et si tertium accidit ita in domo secunda vel post illum in quo 3
est fortuna felix et attinentes vel socii dabunt aliquid
illo super quod significat ascendens Et si quartum fuerit ita 4
cum tertia fratres eius hereditabunt possessiones suas
Et si signum quintum fuerit ita cum quarta filii vel 5
alumni aut discipuli habebunt suas hereditates Et
si sextum sit ita cum quinta servi eius spoliabunt ab eo 6
Et si septimum accidat ita cum sexta vassalli vel servi 7
eius surgent adversus eum et faciet coniugium cum
femina sua Et hoc erit si fuerit verus ille planeta
qui ita est Et si octavum sit ita cum septima significat 8
mortem in lite vel mortem per cessionem [?] vel inimicos
vel adversarii vel sequitur coniugium fieri in domo
alicuius mortui vel causa mortis alicuius Si vero

9 Nonum sit ita cum octavo signat mortem in itinere
vel causa itineris vel consanguineis vel magistris
vel nunciatur mortem vel causa eius vel alicuius
10 rei privatae Et si decimum fuerit ita ut nona signat
imperium regis vel ingressum regis vel constitutionem regis
xi vel regni Et si undecimum fuerit ita cum decima
signat thesaurarium regis vel permutationem amodis
xii cum eo Et si duodecimum fuerit ita cum undecima
signat amiciciam cum inimicis Et quod inimici eius
sunt thesaurarii sui scilicet hoc contingat regi vel
negociis eius inimicis in sede regis vel regni

Communis modus prior ut planeta sit in parte principii signi et alia pars in qua non est planeta usque in domo sequente etc.

Iterum possumus accipere signa in domibus aliter absque
modo praedicto sicut si primus signi primi in quo est
planeta sit in domo sedet signat quod ipse intellet alterat
suam sedem et dominabit secundum naturam planetae qui
2 fuerit in ipso Et si signum secundum sit ita ut tertia signat
habere aliquid de suis fratribus vel attinentibus ille super
3 quem significaverit ascendens Et si signum tertium
accidat sic in quarta hereditabit ipse possessionem
4 suorum fratrum attinencium et sororum Et si signum
quartum fuerit ita cum quinta hereditabit aliquid
suorum filiorum vel discipulorum vel alumpnorum Et si
5 signum quintum cum sexta filii eius erunt servi et habebit
6 filium servum Et si sextum ita fuerit cum septima
coniugium diliget et mortem mariti vel mulieris
8 Et si signum fuerit octavum ita cum nona signat ambulare
ad venandum vel piscandum vel aucupandum vel signat
mortem in itinere vel causa legis vel magistri scilicet ille
9 super quem signat ascendens Et si nonum sit ita cum
decima signat ambulare cum rege vel ire ad domum regis
x Et si decimum fuerit ita cum undecima signat esse senescallum
vel thesaurarium regis vel habere aliquod officium regis
xi Et si undecimum sit ita cum duodecima signat amiciciam
cum inimicis suis et inimiciciam cum amicis suis
Et sciendum quod ista divisio circuli zodiaci vel orbis fecit deus
in suo mundo ad hoc ut cum pervenis mensuram
operetur ipse in mundo inferiori et diversas res secundum
naturam Et omnia ista iudicia sunt generalia

Iam in nativitatibus hominum sicut in revolutionibus
et in omnibus aliis constellationibus Et significat res
statum naturam conditionem [tum] accidunt planete
vel planeta in signis principalibus duabus domibus
Et signata erunt secundum naturam stellarum planetarum et signorum
et domorum quibus sunt et secundum naturam aspectuum
vel transmutationum aliarum planetarum cum ipsis Et
secundum naturam planetarum aspicientium Et

Cum signum concordat cum domo per numerum

[cum] aliquis planeta fuerit in signo vel domo eiusdem
numeri sicut hic est signum decimum et domus decima Itaque
decima domus aspiciat decimum ipsam de bono aspectu
scias quod ipse planeta significat regnum regis vel cum rege
Et significat proprietates naturales suas simplex in domo spectantem
domus in qua est et secundum naturam signi et secundum figuram aspectuum
vel transmutationum vel receptionis quos habuerit cum
aliis planetis et sic in qualibet domo

Quod significant anguli

Et domus angulorum sunt quatuor scilicet prima quarta septima et decima sicut diximus Et significat rectitudines
veritates stabilitatem possessiones sustinentias virtutes fortitudines honores dignitates divisiones
perfectiones prolates complementa et integritates rerum
et res puras et claritatem et lumen

Cadentes ab angulis

Et domus cadentes ab angulis sunt alie quatuor scilicet tertia
sexta nona et duodecima Et significat motus defectus casus
vanitates depositiones divisiones debilitates dubia
mendacia vias [penurias] inopias paupertates itinera
expoliationes et subversiones et [illegible] et mobilia

Succeden

Et domus succedentes angulis sunt eciam quatuor scilicet
secunda quinta octava et undecima Et significat spes
durantes insidias res absconsas spem fiducias adiutoria
gaudia letitias timores tenebras et res inanimatas
complementa et inopias

Et anguli significant res quas homo debet accipere Et cadentes
ab angulis significant res quas homo debet operari vel facere
Et succedentes angulis significant res que sunt faciende et inspiciende

Et adhuc domus coniunguntur per duas in qualibet angulo
sicut domus prima secunda tertia est una quarta et est
feminina Et quarta quinta sexta Est quarta masculina
Septima octava nona feminina decima undecima duodecima

Medietas Asc desc

Masculina Et medietas spere ascendens signat exaltacionem et sublimacionem et longitudinem et altitudinem Et medietas spere descendens significat casum profunditatem parvitatem et similia Et domus prima secunda quinta sexta octava decima sunt recepcionis opus Et tercia quarta septima nona undecima duodecima sunt operaciones

Et notandum quod signata domorum sunt secundum signa et planetas existentes in eis Unde ptolomeus quod in nativitate alicuius fuerint fortune domini malarum domorum nati recipit Et malum de inimicis suis Et si fortune aspiciant illa loca vel fuerint in eis illud malum tardabit Et etiam ita indicabis in aliis quatuor quartis contingentibus in hac Et dicunt alii in commento huius quod isti quatuor iiii sunt casus.
1 si fortune fuerint domini malarum domorum quia ista fuerint boni homines nocebunt nato in talibus
2 aliis modis. Secundus est si infortune sunt domini malarum domorum tunc mali homines facient malum nato Et
3 alii duo quarti sunt si casus quod fortune sunt domini bonarum domorum quia tunc boni homines facient bonum
4 nato Ultimus vero est quod quando infortune sunt domini bonarum domorum mali homines facient bonum nato

Aspectus fortuna[rum] ad domos

Et si fortune aspexerint domos vel fuerint in eis in aliquo quatuor istorum modorum augmentant bonum et diminuunt malum Si vero infortune aspiciant vel sint in domibus secundum aliquem istorum modorum augmentant malum et minuunt bonum Et significacio domorum sunt causa planetarum existencium in eis Et causa planetarum aspiciencium signa in eis existencia magis illorum qui sunt domini signorum existencium in eis si aspiciunt ex bono vel mali aspectu Vel ad planetas existentes in eis vel aspiciens domus si sunt in angulis vel in cadentibus vel in succedentibus Et sic aspiciunt planete ad domos in quibus habent dominium Et secundum aspectus quibus se aspiciunt planete adinvicem

xi domus c ⊕

Et domus undecima est domus partis fortune quia pars fortune signat fortuna accidentia hominis Et domus 11 quod sit in ea species que si fuerit

Vbo 16

In bono signo sequitur bonum. Si vero in malo malum secundum naturam signi in quo accidit.

Demonstracio planetarum in signis

Saturnus in ariete nocet regibus et aufert regna eorum et delegat regem et transmutat ea et constituit unum rectorem et augmentat iram regis contra populos et intromittit discordiam inter reges et populos eorum et nocet judicibus et locatenentibus regni et causat morbos in humeris et in capitibus omnium et auctum et aurum alium et facit dolorem pectoris et diminuit aurum et argentum et facit exilia regum a suis regnis

Et in thauro nocet prelatis et diffamat dominas et domicellas et interficit raro prelatos et destruit civitates et delegat connubia et destruit boves et campos et tollit magnos homines bestiarum a suis proprietatibus et minuit argentum et facit viduas reginas et ducissas et minuit margaritas et facit devastacionem et facit dolorem stomachi.

In geminorum autem signo annichilat sacros et societates et facit amissionem in societati et annullat confratrias et fraternitates et interficit fures et intromittit inter eos iracundiam et infert mala et damna in monachis et monachabus et interficit servos et infert persecuciones in habitis et facit stabilem in manibus hominum et facit dolorem ventris et diminuit mercancias

In cancro destruit magnas civitates constitutas in littore maris et profundat naugia in mari et facit maxima tempestatem in mari et interficit nautas et turbat fontes et destruit molendinos et nocet vagantibus in mari et nocet vestibus albis et facit lepram et cancros et dolorem genitalium

In leone facit terremotum et annichilat ignem nocet et destruit altares et plateas et ecclesias cathedrales et destruit cimbala et organa et mittit divisionem in ecclesia Romana et inter cardinales et infert dolorem intestinorum

In virgine infert damnum in sapientibus peritis in astronomia theologis et religiosis et fingit testimonia falsa deserentes et super cenobia mittit discordiam et annullat fructus terrarum et herbas et pecuniam argenti et auri et interficit nigros et intromittit damnum in vinis et mensuris et facit dolorem pedum

In libra interficit judices et annullat leges et intromittit

♄ in ♈

dolorem ♄

Dampnum in cis et infert dampnat damnellas et
annullat coniugia et deligat ea et facit singula bella
et secularia causa legum et infert examina di-
vina misteria paupertates lamentationes et adhuc ea
legum et vendit falsis ponderibus et vestes sete et auros
et marsubia et facit contemptionem legum et facit
odium populorum a se mittens et dat dolore in femore
In Scorpione facit filia et nocet mulieres et infert
traditores et mendaces et venatores et piscatores
et albuit carceres et fidas maximas. discordia mittit
in omnibus et facit terrena et captivitates et potiones
mortiferas annihilat ignem et facit dolore sibulles
In Sagittario infert milites et annihilat eos Sa-
gittarios et portitores maris. infirmat equos et destruit
turribus et regalia et destruit nobilitates multas et
dat dolorem pedum
In Capricorno nocet agricolis Sarracenis et infirmat eos
et mittit divisionem inter maiores et inter monasteria
et minores et destruit capras porcos et semina ea
et infert dampnum in bestiis non equitandis et facit dolore
capitis In aquario nocet Hebreis servis piscantes vilibus
albuit pregnantes et ecclesia Hebreis. hortulanis
et molendinariis infert pestilentiam in eis et super
viatores in mari et albuit eis paupertatem et habet
dolorem capitis In piscibus nocet nautis viatoribus
mercatoribus piscatoribus medicis ypocrites infirmat
reginas destruit bestias vendit vinea annihilat con-
iugia impedit viatores et nocet mercatoribus et facit
dolorem genuctorum et brachiorum
Jupiter demonstrat ita.
In ariete prodest regibus et confirmat regna eorum et
pacificat eos et mittit pacem et concordia inter eos
et populos eorum et confirmat iudices et iustitiam
facit fertilitatem et augmentat aves facit divites
divinis eorum Et sanat infirmitates capitis et manias
et albuit bonitatem intellectus et habet in ancho de-
tris dolore Et isto modo facies in omnibus aliis signis ca-
lio prolongandi quia accipies significatio cuiuslibet signi
et comparacionis significatio demonstrationis eius in qualibet
signo Sic etiam facies de aliis quinque planetis

Directiones

Computantes status negocia opera fecundia(?) supplicant(?) — *quatuor modi directionum*
intellectus hominum sunt in quatuor ~~...~~ modis directionum
Primus scilicet ab uno planeta ad alium vel ad aspectum eius 1
Secundus est ab quocumque planeta ad quamcumque stellam 2
fixarum magnarum que sunt circa zodiacum Tertius est 3
a planetis vel stellis fixis ad angulos vel ab angulis
ad stellas fixas vel planetas Quartus est a planetis 4
usque ad exaltationes eorum vel ad ... vel ad domos eorum
vel usque ad partes Et iste directiones sunt duplices quedam — *directio duplex*
~~alia~~ secundum successionem signorum et vocatur directio sinistra
Et signat opera que homo debet recipere et operari et facere et
negocia sua Secundus modus est contra ~~secundum~~ ordinem
signorum et vocatur directio dextra Et signat res
quas debet pati et sufferre et recipere et que dabuntur
ei et que fient ei vel dicent ei alii homines Et cum
accedit planeta aliquis per suam directionem ad locum — vel radii eius
alterius planete in nativitate sive sextilis vel quartus
vel trinus vel ad directionem aspectus alterius planete — *Quid sit directio*: directa / conversa
signat opera que homo debet facere secundum naturam ipsius
planete qui facit ipsam directionem versus naturam
planete ad aspectum cuius ipse accedit Et cum accedit
planeta per directionem suam dextram ad gradum qui est
in aspectu alterius planete in nativitate sive sextilis
quartus vel trinus vel ad directiones illorum signat opera
que homo debet pati vel facere secundum naturam planete
facientis directionem et ad cuius aspectum accedit planeta
ipse Et cum obviant se directiones scilicet dextra unius — *obviacio directionum*
planete cum sinistra alterius planete signat res de
natura amborum planetarum tempore vel causa spectantes(?) V
dominorum in quibus fuerint ipse ambe in nativitate hominis
Et si directio corporis unius planete ad accedet ad
corpus alterius planete signat opera que ipse homo ~~faciet~~
debet pati vel facere Et quando directio unius planete
venerit ad aspectum sinistrum alterius planete signat
opera que ipse homo faciet secundum naturam amborum planetarum
et aspectuum eorum illorum scilicet qui fuerit vel ad quem
aspectum accesserit directio alterius Et quando directio dextra
unius planete venerit ad aspectum sinistrum alterius

Significant vero de natura ambarum domorum et planeta ♃
de natura aspectus unius ad quem accedit directio
alterius quas homo debet pati sine causa sive morbos et
mortem domini et alia naturalia per accidentia secundum
racionem et proprietatem domorum quibus extiterunt ipsi planete
in nativitate hominis. Et cum directio dextra unius planete
accesserit ad aspectum sinistrum vel directionem aspectus sinistri
alterius planete vel quando directio sinistra unius acces-
serit ad aspectum dextrum alterius significat opera que homo
debet facere et pati mediantibus quibus debet habere sumptum
vel penam vel amittere vel obtinere aliquid secundum naturam
ipsorum planetarum et aspectus unius obviantis directionem
alterius vel in loco aut per causam naturalem domorum
quibus extiterunt ipsi planete in nativitate ipsius. Et
cum accesserit planeta ad gradum oppositum directioni alterius
planete significat malum de naturis ambarum domorum
ipsorum planetarum maxime si directio alicuius illorum fuerit
combusta vel infortunata.

♄ ad ♃ ☌ □ ☍ — Et notandum quod cum Saturni directio accesserit ad Jovem
vel ad eius malum aspectum significat malivolenciam et depo-
sicionem et separacionem dignitatis et officii et amissionem
spei vel fructus et morbos et mortem secundum naturam
domorum in quibus sunt in nativitate hominis vel secundum
naturam domus que fuit in nativitate hominis gradus accessionis
directionis predicte et secundum naturam revolucionis solis et
significatorum eius in eodem anno. Et cum accesserit di-

♄ ad ☉ — rectio Saturni ad aspectum bonum Jovis significat nomen
hominem dare vel dimittere sua aliis hominibus. Et quando

♄ ad ♂ ☌ □ ☍ — cum accesserit directio Saturni ad Martem vel
ad eius malum aspectum significat dampnum in corruptione
et destructionem in hereditatibus et amissionem cum causa
tradicionis vel dolositatis vel infirmitates et mortes
male secundum formam revolucionis solis in eodem anno et
secundum naturas domorum quibus ipsi fuerunt in

♄ ad ♀ ☿ — nativitate hominis. Sed cum accesserit directio
Saturni ad bonum aspectum eius Martis significat
facere aliquam falsitatem vel mali causa decipi-
endi alios vel causa benefaciendi eis. Sed cum

Directio ascendentis accesserit ad quartum Saturni significat ♂ ad □ ♄
falsitatem contra inimicos rationes illorum. Quando ♄ ad □ ☉
aut Saturni directio accesserit ad solem vel ad malum
eius aspectum significat inimicitiam vel malivolentiam
vel depositionem aut huiusmodi damnum honoribus et
potestatis. martis vel mortis / et significat debilitatem / et permanentem
sensus ffa membrorum vel virtutis / vel fractionem / aut morbum
/ aut mortem secundum numerum annorum in quo est gradus ad quem accedit
directio in revolutione et secundum signum revolutionis eiusdem
anni. Sed quando directio Saturni accedit ad bonum aspectum ♄ ad △ ☉
solis significat bonum ex parte mortis patris / vel domini / vel alicuius
persone de qua hereditabit aliquid. Si vero directio Saturni ♄ ad □ ♀
ad venerem vel ad malum eius aspectum accesserit significat
malum et damnum ex parte mulierum / vel morbum
aut mortem / et fractionem causa mortis domine vel uxoris
vel mulieris attinentis. Et cum accesserit ad suum bonum ♄ ad △ ♀
aspectum significat habere aliquid pro morte mulieris secundum numerum annorum
in quibus sunt in nativitate. et secundum numerum annorum in quo
fuit gradus ad quem pervenit directio in revolutione eiusdem
anni Et secundum signum revolutionis eiusdem anni Et sic intel-
ligo dicere in aliis planetis cum omnibus istis radicibus
Saturni aut directio cum ad mercurium vel ad eius ♄ ad □ ☿
malum aspectum pervenerit significat damnum in intellectu
vel loquela hominis / vel in suis scientiis / vel in memoria
eius / vel habebit oblivionem. Sed si ad eius bonum aspectum ♄ ad △ ☿
pervenerit significat pulchritudinem eloquentie et ingenuitatem et scientias
et scientias sine lucro. Ad Lunam vero cum directio ♄ ad □ ☽
Saturni pervenerit vel ad eius malum aspectum significat
damnum in societatibus et in vassallis et servis et in
bestiis ipsius hominis quod moriantur / etiam significat mortem
ipsius hominis vel damnum ex parte legis / vel quam multis ♄ ad △ ☽
fructibus terre causa tempestatis. Et cum pervenerit ad suum
bonum aspectum significat comoda servorum et bestiarum vel
natorum vel comoda ex parte legis. Jupiter
Si aut directio Jovis pervenerit ad martem vel ad malum ♃ ad □ ♂
eius aspectum latrones et depredatores venient qui furabuntur

Vel depredabunt aut destruent ipsius hominis / vel cadet
in ira aut malivolentia cum domino vel amicis vel
accidet ei vulnus aut sanguinis fluens / aut morbus
pestilencie / aut febris prolixa vel mors fratrum vel patris
♃ ad ☌ ✶ ♂ Et si pervenerit directio eius ad bonum aspectum martis
significat ipsum facere furtum aut latrocinium / aut fraudem / aut
lucrum aut labores aut praedium aut supplicia vel
♃ ad □ ☍ ☉ cum peccato aut cum rege ¶ Sed quando directio Jovis venit
ad solem significat ipsum habere officium laudatum vel
♃ ad ✶ △ ☉ dignitatem cum domino ¶ Et cum pervenerit ad suum
bonum aspectum significat acessionem vel summam in duo
vel habere mercedem de eo cum honore aut lucro ¶ Si vero
ad malum aspectum eius pervenerit significat habere aliquid
♃ ad ☌ ✶ △ ♀ ablatum vel a causa iusta ¶ Ad Venerem si directio
Jovis pervenerit vel ad suum bonum aspectum significat amorem
vel coniugium vel acessionem cum domina Et si significatum
fuerit super mulierem habebit acessionem cum domino
♃ ad □ ☍ ♀ Si vero ad suum malum aspectum pervenerit significat vituperium
aliquid quod propter eum vel tenebitur ei aliqua domina
Et hoc intelligitur vero ex parte mulieris vel mulierum
♃ ad ☌ ✶ △ ☿ ex parte hominis ¶ Ad Mercurium si Jovis directio pervenerit
vel ad eius bonum aspectum facit augmentum in
scienciis ... et intellectu / Et nobilitatem Et ~~[illegible]~~
verbum et memoriam Et significat ingenium libri et tractandi
♃ ad □ ☍ ☿ pecuniam ¶ Et si ad malum aspectum significat disputationes contra-
dictiones et invidias ¶ Ad Lunam si Jovis directio
♃ ad ☌ △ ✶ ☽ pervenerit significat dignitatem alcaydria et dominium Et in
ad bonum eius aspectum significat officium et amicitiam cum
gentibus et bonam famam et cumulat de suis societatibus
♃ ad □ ☍ ☽ Et cum pervenit ad suum malum aspectum significat plures et
res nature signi in quo est Jupiter et luna in nativitate
hominis

¶ Mars

♂ ad ☌ □ ☍ ☉ Si autem directio martis pervenerit ad solem vel ad eius
malum aspectum significat guerras proelia / et litigia / et
iras et malivolentias / et vulnera et combustiones ignis
in suis rebus et morbum vel mortem / Et cum pervenit
♂ ad ✶ △ ☉ ad suum bonum aspectum significat vincere litigia et proelia

Et auxiliarij optime et grate lucrum cum periculis et
labores de mala parte. Ad Venerem. Si peruenerit ♂ ad □ ☍ ♀
vel ad eius malum aspectum significat bellum et malivolentiam
cum mulieribus / et malum ex parte mulierum vel morbos
aut mortem causa illarum. Si vero ad eius bonum aspectum ♂ ad ✶ △ ♀
significat fornicationes et mergationes et amores cum mulieribus
~~et malum ex parte mulieris~~ secundum quod dixi / ita et mulieres
cum hominibus. Ad Mercurium. Vel ad eius malum ♂ ad □ ☍ ☿
aspectum significat infamias mixtiones / falsum testimonium
facciones periculosa. monetam falsam. litigia cum scribis vel
monetariis vel scripturas falsas / maledictiones contra
munitiones / et significat discordiam et auri malum et mor-
bos vel mortem et nocet vobis. Si vero ad suum bonum ♂ ad ✶ △ ☿
aspectum significat guerras et prelia. litigia. et vincit. vias
mortes et damna. significat monetas et officia scripturarum
et res curiosas et artes mechanicas. Ad Lunam ♂ ad □ ☍ ☽
cum accesserit vel ad eius malum aspectum significat guerras
prelia litigia et significat vincit / et vias. mortes et damna
in societatibus et vassallis / et tradimentum in illis. Et si ♂ ad ✶ △ ☽
ad eius bonum aspectum significat vincere lites et prelia
et armare exercitus et pugnare villas et castra et accipere
canaslenter vel simulia

Sol

Si vero directio Solis peruenerit ad Venerem significat gaudium ☉ ad ☌ ♀
vel accessionem cum domina / vel muliere secundum naturam
signi / vel domus in quibus fuerit Venus in natiuitate
communia in bonis signis significat maiorem nobilitatem sui mal
loco vilia / Et in bonis domibus ~~signis~~ plures nobilitates significat
et altitudines / Et in domibus cadentibus signis res fem
comodi. Si vero ad eius bonum aspectum significat amo- ☉ ✶ △ ♀
rem cum mulieribus nature illius signi in quo est directo
predicta. Et cum peruenerit ad malum eius aspectum ☉ □ ☍ ♀
significat iram vel furorem cum mulieribus vel malum
ex eis secundum quod dictum est. Ad Mercurium. ☉ ad ☌ ✶ △ ☿
Si peruenerit vel ad bonum eius aspectum / significat subtilitates
in sermonibus et libris et bonas rationes / et officium scripturarum

Sicut sunt libri premium mercantie cambium monete et similia huius generis. Ad eius malum aspectum significat accusationes et infamias. Ad Lunam si pervenerit vel ad eius bonum aspectum significat communionem et commutationem honoris in dominio et fama sua et in societatibus vassallis eius in servis et bestiis et quadrupedibus. Si vero ad eius malum aspectum significat quod surgant adversus eum vassalli sui vel societates sue. Vel significat odium cum gentibus et quod maledicent ei populi et quod fiat ei derisio.

Venus

Si directio Veneris pervenerit ad Mercurium vel ad eius bonum aspectum significat ornamenta coniugii vel desponsationem cum mulieribus et contractus coniugii et picturas et labores sicut cum auro. Et cum pervenerit ad suum malum aspectum significat adulterium infamias vel odientes mulieres vel accusationem mulierum. Ad Lunam si pervenerit vel ad eius bonum aspectum significat lucrum ex parte mulierum vel dotalium et amorem et appropinquationem cum mulieribus. Et si ad malum aspectum eius pervenerit significat plurima iurgia cum muliere vel causa mulierum.

Mercurius

Si directio Mercurii pervenerit ad Lunam vel ad bonum eius aspectum significat nobiles scientias et nobiles scripturas et nobiles fabulas et cantus et bonum intellectum, surgentia librarum, chartarum, modos, scripturarum scientiarumque et bonam famam. Et cum pervenerit ad suum malum aspectum significat quod omnes loquentur mala adversus eum et accusabunt eum alicuius maleficii vel accumulabunt ei aliquam traditionem vel societates sue occultam.

Et secundum quod dixi de directionibus superiorum cum pervenerint ad inferiores, ita dicatur quod cum inferiores pervenerint per suas directiones ad superiores ipsorum, quia sic dicitur vel iudicatur de Saturno quando per directionem pervenit ad Iovem, ita debet dici de Iove cum pervenerit ad Saturnum et de aliis. Et sicut dixi de directionibus cuiusque planete quando pervenit ad gradum alterius vel ad aspectum eius, ita dico cum pervenit directio unius ad directionem vel ad aspectum directionis alterius. Et quando directiones

Nota quod iudicandum est quando directio unius tangit directionem alterius

Quorundam planetarum ad directiones aliorum vel
partium vel ad terminos aspectus significat ipsi significant
directiones quorundam planetarum cum pervenerint
ad gradus corporum aliorum planetarum et ad gradus
in quibus sunt planete sidenti Et secundum iudicia
predicta directionum ita poterimus iudicare coniunctiones
et aspectus planetarum in revolucionibus natorum. Similiter
quando in nativitate fuerint aliqui planete in
coniunctione vel aspectu significantibus talia similia
istorum iudiciorum directionum predictarum significabunt
ista sequentia propter cum nato per totum tempus
sue vite durans fuerit in virtute et etate talia fa-
ciendi sicut constellacio significat primus nati Et erunt
semper cum eo in virtute Et cum venerit revolucio
vel directio que similia in aliquo nativitatis illius
egredietur in actu quod significaverint planete in nativitate
sive sint bona sive mala nisi in anni quibus
accidit directiones vel revoluciones iste vel quecumque
dicamus fuerint diversa facta ab eo quod significat in nativitate
Et quando mutantur iste directiones vel alie quecumque vel
revoluciones in aliis mat... que quadrarum sunt similes
nativitati illius manifestant publice directiones nativitatis
Et cum nativitati bone supervenerit directio vel revo-
lucio mala damnat ... nam primus directionis vel
revolucionis male. sed si nativitatem primum non sit
mortale tollitur cum supervenerit ei alia directio vel
revolucio bona. sed naturam directionis vel revolucionis
et manebit homo cum prima bonitate nativitatis Et
sic fit si nativitas sit mala et supervenit directio bona
vel revolucio etc. Si autem male nativitati mala super-
veniat directio vel revolucio et male mala significat
augmentum magnum in significatu primo nativitatis
Et nativitates miserrime sunt quando planete sunt
cadentes ab angulis vel a suis dignitatibus et absque
bonis aspectibus vel boni planete sunt in gradibus
qui dicuntur putei maxime si domini ascendentis fuit
in aliquo istorum malorum modorum vel sub radiis solis

In revolucionibus annorum nati cum applicat planeta planete vel radio eius in dicta ... nati habet directionem

similiter

Nota quod in fine directionis gradiat in fine revolucione illo anno tale apparebit sibi in revolucione

modis

Nota
Quando est nativitas bona et supervenit directio vel revolucio mala

Miserrime Nativitates

directio unius luminaris ad alterum vel ad aspectum congruum

Et quando directio unius luminaris pervenerit ad
aliud luminare vel ad suum bonum aspectum / vel di-
rectio dextra unius luminaris ad directionem sinistram
alterius significat in ipso anno coniunctionem et exaltationem
honoris quia ipse tunc honorabitur a gentibus et
spargetur fama eius ad dominum sacrificii nati et com-
plementum eius significat illius quod significaverit in nativitate

directio luminaris ad aliquam fortunam

Et cum pervenerit directio luminaris ad fortunam vel ad
bonum eius aspectum / vel quando coniungitur directio dextra
unius cum directione sinistra alterius illorum augmen-
tabuntur divitie / honor / dominium / et gaudium nati in ipso
anno / maxime si gradus in quo coniungantur directiones
sit gradus exaltationis planete / maxime si fuerit gradus
exaltationis luminaris / vel si in revolutione ipsius anni
sit fortuna in ipso gradu vel planeta qui sit in sua
exaltatione vel dignitate vel in angulo vel in gradu alicuius
stelle fixe magne quia tunc implebit quod promiserit
in nativitate Et cum pervenerit directio alicuius fortune [fortunato ad luminare]
cum aliquo planeta augmentabuntur divitie / honor
lucrum et gaudium eius Et cum pervenerit [illegible]
unius luminaris cum alio luminari vel de cum fortuna
vel alicuius fortune cum alia fortuna tunc accidet augmentum
boni cum processus de natura illorum planetarum vel
dominorum in quibus fuerint in nativitate hominis Si vero
iungantur quarto aspectu vel oppositione innovabunt
ei litigia cum hominibus habentibus revolutionem [illegible]
in quibus fuerint aspectu planete in suis nativitatibus

directio infortunarum ad luminaria

Et cum pervenerint directiones infortunarum vel alicuius
eorum ad luminare vel ad aliquod eorum / vel ad malum
aspectum eius tunc augmentabuntur ire et inimicorum
odia de decore morbi / et mala et innovabuntur mala
mortis et victorie

directio infortunarum ad fortunas

Sed cum directiones infortunarum
pervenerint ad fortunas vel ad malos eorum aspectus
tunc innovabuntur amissiones et damna et amaritudines
et amissiones et tedia et morbi
Et quando directiones infortunarum acciderint ad bonos b.
aspectus fortunarum vel eorum tunc innovabuntur lucra ma-
le parta et vicia cum peccatis et debita

Et quando directiones infortunarum accesserint ad bonos aspectus luminarium / si fuerit Martis sequitur [illegible] inimicos et rancor[illegible] Saturni labore Verum si directio fuerit Saturni sequitur hereditatem aliquod ex mortuis — directiones infortunarum ad luminaria et eorum bonos aspectus

Et cum directio unius infortune accedit ad aspectum bonum alterius infortune tunc habebit natus parvum in miseriis suis — directio infortune ad bonos radios infortune

Et cum directio unius infortune accedit ad aliud infortunam vel ad eius malum aspectum tunc significat eum habere litem cum inimicis / vel cum hominibus qui sunt extra legem / Et significat destructionem vel damnum corporis / vel corruptiones rerum [illegible] occasiones morbos et tempestates vel malas et viles et humilitates et durabunt [illegible] istarum directionum quousque accidant alie directiones contrarie significationi

Et cum venerint due directiones una post aliam et ambe sunt in eodem anno et eiusdem nature addit unum in virtute alterius Et si venerint due directiones vel plures in eodem anno una erit minuens opus alterius vel damnat aut perdit statum alterius secundum unum suum quod habuerint planete quando sunt directiones in nativitate hominis / Sicut directio planete in nativitate existentis in angulo vincit planetarum directionem planete existentis in [illegible] nativitatis in cadente ab angulo Et directio planete existentis in domo sua vel exaltatione vincit directionem planete existentis extra dignitates suas in nativitate cuiuscumque hominis — quando accidunt plures directiones contrarie in sito

Secundus modus directionum est a planetis usque ad stellas fixas magnas que sunt apud zodiacum et operatur / Et fit in ascensionibus circuli aspicies in quo anno sol perveniat per directionem suam dextram vel sinistram ad aliquam stellarum fixarum magnarum vel gradum in quo fuerit / Et aspicies in quadrato est ipsa stella fixa in nativitate ipsius hominis scias quod in ipso anno augmentabitur honor et placitum et divitie nati ex parte significationum domorum in quibus sunt sol et gradus stellarum fixarum ad quem pervenerit directio solis Et si directio Iovis" pervenerit dextre vel sinistre ad gradum stelle fixe augmentabunt in ipso anno nato res honorate et mobilia [illegible] et negocia cum nobilibus magnis et divitibus secundum naturam domorum ubi steterint Iovis" et stella fixa in nativitate nati — Secundus modus directionum

" aut Veneris

" aut Iupiter

♄ ad stellā fixā — Et si directio Saturni pervenerit ad gradum stelle
fixe de magnis adducet in ipso anno ipsi homini
amissionem mortem morte vel fractionem vel tem-
pestatem vel destructionem vel lamentationem per mortem
domini patris aut matris secundum proprietates domorum
in quibus fuerint Saturnus et gradus stelle fixe in
♂ nativitate Et quando aliqua directionum martis per-
venerit ad gradus stelle fixe de primis accidet ipsi homini
in ipso anno vulnus percussio vel abscissio membri et
combustio ignis vel fluxus sanguinis vel preda sive
destructio aut morbus malus aut febris acuta sive
mortis secundum naturam signorum in quibus fuit martis et
ipsa stella fixa in nativitate nati Et signa veniunt
de talibus partibus et de talibus causis et rebus
☽ Et si una directionum lune pervenerit ad gradum
stelle fixe de primis augmentabuntur in ipso anno fama
societates et vassalli gentes et servi et subiugati in mag-
nitudine maxime secundum naturas domorum in quibus
fuerint luna et gradus ipsius stelle fixe in nativitate
Qn plta in ntte vel revolucion est in ✶ — ipsius hominis Et si in nativitate (vel revolucion) fuerit aliquis planeta
in gradu stelle fixe de primis scias quod augmentabitur in
ipso anno magna in quantitate vim ipsius planete super
ipsum hominem secundum naturam aliquorum iudiciorum dictorum
✶ Considerentur nature stellarum fixarum — ipsius planete Et super hoc est apparendum de ... natura
stellarum fixarum s. de quibus complexionibus planetarum
sunt Et tunc scias quod bonum vel malum quod significat stella
fixa de primis per directionem planete cum pervenerit
ad eum erit per suas proprietates ipsius stelle fixe et signi
in quo est vel quod significat proprietatem domus in qua fuit
in nativitate hominis vel per causam suarum proprietatum Et
♄ stelle fixe que sunt de natura Saturni significant bonum
vel malum quod fuerit ... tempestatis morbi mali vel
♂ mortis aliorum Et ille que sunt de natura martis vel
causa ignis malefici preda furti vel victorie belli Et quod
♃ signant stelle de natura Jovis in bono et in malo veniet
ex parte prelatorum vel domini aut regis vel causa beneficii erit
♀ malum civis Et que sunt de natura veneris erit causa
☿ mulierum vel dominarum Et que sunt de natura mercurii

Causa scripturarum factarum in emptionum et venditionum et malum eius erit causa invidiarum accusationum falsarum testimoniorum et insidiarum. Et illud quod significa verunt stelle duarum naturarum scilicet planete boni et mali bonum eorum veniet per proprietates infortune que est in sua complexione. Et mala sua erunt contra naturam complexionis ipsorum in bonitate et malicia. Et ita secundum hoc quando stella fixa fuerit duarum complexionum fortunarum et infortunarum.

Tercius modus directionum

Est a planetis ipsis ad angulos. Directiones ipse ad duos angulos quorum sunt boni alii vero duo mali. Boni anguli sunt ascendens et medium celi. Et mali sunt descendens et angulus terre. Et angulus ascendentis significat vitam salutem et honorem prosperitatem lucrum divicias famam eius et res que sunt in voluntate et estimatione. Et quando ad ipsum pervenit directio fortune per ascensiones regionis significat aliquam rerum predictarum per naturam illius planete ad cuius directionem pervenit angulus. Sicut si directio solis pervenerit ad istum angulum accidet bonum et honor isti homini in isto anno ex parte regis vel domini. Et si directio lune significat habere rem bonam famam ex parte regis. Et si directio Jovis pervenerit ad ascendens significat amiciciam et salutem vel lucrum ex parte domini vel lucrum aut dignitatem secundum proprietatem domus in qua fuit Jupiter in nativitate hominis. Et si tunc Jupiter fuerit in sua dignitate aut in bono eius aspectu cum aliis planetis vel commixto ipsius. Et si directio veneris pervenit ad ascendens significat gaudium letitiam et indumenta honorata et graciam cum dominis et mulieribus. Et si directio mercurii pervenit ad ascendens significat scientiam et officium lucrativum et cambium monetarum et negocium scripturarum. Si vero directio saturni pervenerit ad ascendens significat infirmitatem et omne malum et morbum et mortem vel hereditatem aliquam de mortuis vel lucrum de malo dicere. Et si directio martis pervenerit ad ascendens significat quod habebit scissuras vel vulnera vel lingua et febres et combustiones et maleficia et pericula et labores et latrocinia et mortes. Et si in nativitate nati fuerit hoc planeta

Ascendens hic

directio ascendentis

directio solis ad asc.

☽ asc.

♃

♀

☿

♄

♂

Quando fortuna a malis aspecta aplicat ascendenti

directio

In malo aspectu infortune aspectu cum directio pervenit
ad ascendens Et erat quod significatum eius erit causa
mali de natura ipsius infortune sicut venire pericula
hereditatis aliquid de mortuis et similia Et si ipse
planeta cum directio pervenit ad ascendens fuerit
in aspectu luminaris bono vel fortune et ipse erat
sit fortuna significatum eius implebitur causa
mercedis alicuius domini vel alicuius gratie aut amoris
Et si ipsa fuerit in malo aspectu luminaris aut
fortune significatum eius implebitur causa litigii vel
ire vel odium sive damno aliquo Et sicut dixi de
de angulo ascendentis ita dico de angulo medii celi
nisi quod significatum eius est magis in dominio dignitatis
et tunc valore et in officiis regni et in tempore ☉ [illegible]
Et cum autem directio fortune pervenerit ad gradum occidentis
significat mortem et destructionem de natura ipsius planete
Sicut si pervenit Sol per directionem significat damnum et de-
structionem vite honoris et potestatis Et si erit directio
Lune significat damnum in servitute in servis et in gentibus
natis Et sicut quod dixi de occidentali angulo ita dico de angulo
medii noctis qui est sub terra
Et cum directio pervenerit infortune ad quemcumque horum
angulorum significat mala vel damnum mortuorum vel amissionem
secundum naturam ipsius infortune vel naturam anguli
in quo pervenit directio sua vel secundum naturam
anguli in quo est signum vel secundum naturam sig-
ni in quo est infortuna Sicut si directio Martis pervenerit
-mat ad ascendens significat febres combustionem
vel [illegible] Et si pervenerit ad medium celi significat iram regis
vel domini Et si directio Saturni pervenit ad ascen-
dens significat paupertatem miseriam defectum separationem
officii et dignitatis et virtutis corporis Et in pervenit
ad medium celi significat tempestates et separationem dignitatis
et officii Et erat quod angulus ascendens significat vitam et
salutem et lucrum et animositatem virtutis vel [illegible]
-nales et sustinentes Et angulus occidentalis significat
debilitatem et casum amissionem morbum litigium
et mortem Et angulus terre significat casum et subjectionem
et dimissionem et depositionem de rebus quas fuit sub terra

Cum fortuna applicat aspectu et aspectui bono Solis vel Lune a fortuna
Si etiam in malo aspectu
directio ad ♃
directio fortune ad gradum occidentis
☉
☽
directio ad ♃
directio infortune ad angulum
♂ ad Asc et X
♄ ad Asc
decima
Quid sit Asc X et ☿

Quartus modus directionum
est a gradibus in quibus sunt planete in nativitate
usque ad gradus exaltationum suarum vel humilitatum
suarum. Vel usque ad partes que accipiuntur a sole
ad lunam vel econtra et dicitur iussionis et
super additur ascendenti. Et aspicit in nativitate ☉ ☉ nō
gradus oppositus parti. Et erit oppositum significativum
partis maioris eius ubi pervenerit directio infor-
tunii. Sed quando directionum aliqua solis pervenerit ☉ ad partem honoris
ad partem honoris ~~[illegible]~~ signat quod ipse homo habebit
maximam solemnitatem et honorem vel dominium
exaltationum regni secundum genus nam sui et nativitatem
suam et etatem et constitutionem suas et secundum potentiam
et negocia eius. Similiter erit cum in nativitate fuerit
dicta pars fortune posita in domo prima, septima, decima
aut undecima vel in secunda, quinta, octava (?) quarta quia
iste sunt meliores domorum secundum ordinem inventionis (?)
honoris. Et honor huius erit de natura domus in qua fuerit pars
predicta in nativitate eius. Si vero ad honoris partem ♃
directio pervenerit Iovis veniet natus ad honorem ex
parte alicuius prelati vel principis secundum naturam
domorum in quibus fuerint in nativitate Iupiter et pars
predicta. Si vero directio lune pervenerit ex directione ☽
ad partem predictam natus veniet in bona fama inter
gentes et societates eius secundum naturam domorum in quibus
fuerit in nativitate luna et pars predicta. Si autem ♀
Veneris fuerit habebit gaudium et leticiam ex parte
alicuius mulieris vel domine. Et si fuerit directio Mercu- ☿
rii honor erit ex parte sapientis vel mercatoris vel
approximationis ad regem vel ducem vel ex parte lucri
scientiarum (?). Et si Martis erit causa armorum belli et ♂
prelii vel causa (?) abstentionis ville dominium aut regni vel
ex parte alicuius laboris. Et si directio pervenerit Saturni ♄
ad partem predictam honor erit ex parte religiosorum
et antiquorum et theologie.
Et similiter erit cum pervenerit aliqua planeta ad alias
partes per directionem quia tunc accidunt nato hec
accidentia secundum naturam earum partium et planetarum
Et ex parte proprietatum domorum in quibus
fuerint in nativitate partes et planete predicti et

directio ad casus partium

virtutes istarum partium in multitudine et paucitate erit secundum naturam signi et termini aut gradus in quibus fuerint iste partes / Et nota quod partes casus non erunt in opposito istarum partium felicitatum Et quando luminare vel fortuna pervenerit per directionem ad coniunctionem graduum alicuius istarum casuum / sicut paupertatem inopiam dolores defectus voluntatum casum vel sicut venit vel divinum ex alicuius de natura illius planete directi ad illum casum in rebus nature illi gradui perditi / Si autem directio infortune pervenerit ad unam partium istarum casuum sicut mali destructionem casuum et depositionem inventum nati per unum vel plures vel occasione naturali vel tempestate secundum naturam planete cuius directio pervenit ad partem predictam et secundum naturam partis casus vel planete cuius casus est ipsa pars vel causa cuius accipitur ipsa pars

fortuna perveniens ad casum partium

infortuna ad casum partium

directiones ad gradus exaltacionum planetarum

Sunt et etiam alie directiones et sunt iste scilicet quando pervenerit planeta per directionem ad gradum exaltationis sue secundum ascensiones regionis / sicut gaudium leticiam honorem et exaltationem et bonum de rebus que sunt de natura ipsius planete

directio unius ad gradum exaltacionis alterius

Si vero directio alicuius planete pervenerit ad exaltationem alterius planete / sicut bonum de natura planete cuius est directio in rebus vel ex parte nature illius planete cuius est exaltatio ad quam pervenit directio

directio planete ad casum suum

Et quando directio alicuius planete pervenerit ad gradum casus sui sicut casum et inopiam in bonis rebus que sunt de natura ipsius planete secundum proprietatem domus in qua fuit in nativitate hominis ipse gradus casus ipsius planete / Et secundum hoc ita sicut mali vel damnum et morbum vel amissionem

directio unius planete ad casum alterius

Sed quando directio unius planete pervenerit ad gradum casus alterius planete et damnum erit secundum naturam planete cuius casus est gradus ad quem pervenit directio planete directi et damnum erit in rebus de natura domus in qua fuit in nativitate hominis gradus casus predicti

Notandum autem quod si dignitates fuerint diurne partes que debent assumi a sole ad planetas debent extrahi a sole et sic in qualibet planeta secundum

Nota de partibus quomodo debent accipi et quomodo dirigi et que secundum successionem et que contra

Successionem signorum Et super adde quod provenit de
gradu ascendentis secundum successionem signorum Et
cum fuerit nocturna accipiunt a luna usque ad
planetas et super addetur ascendenti Et directiones
istorum planetarum debent assumi secundum naturam
cuiusque cuiuslibet planete partis Et sunt cuiusque istarum
partium tales modi quod si pars accipiatur a planeta
levi usque ad ponderosiorem / ipsa directio eius erit
secundum successionem signorum et cuilibet gradui dabitur
unus annus Si vero pars accipiatur a planeta pon-
deroso ad levem directio eius erit secundum successionem
signorum cuilibet gradui anni unus Et aspicies in
quibus gradibus et signis et in quibus domibus nativitatis
accidit partes predicte / quia quando directio fortune per-
venerit ad quemcumque bonorum primum veniet in
ipso anno bonum nato causa vel de natura ipsius partis
Et in rebus nature ipsius partis / causa quod natura de
in qua fuit pars ipsa in nativitate Si vero infortuna
pervenerit ita ut supra [illegible] est oppositum dicti superius
Et si in nativitate fuerit fortuna in bono aspectu
alicuius planete in aliquo gradu partium predictarum
fiet ipsi homini prosperitas in rebus nature ipsius
partis cum qua ipsa fortuna / Et in rebus de que sunt
de natura domus in qua stetit pars predicta Et pro par-
tem rerum que sunt de natura ipsius planete Sed si
in nativitate fuerit alicuius planete in gradu alicuius
partis in malo aspectu infortune / scias quod veniet
dampnum magnum ipsi homini de natura ipsius partis / Et
in rebus que sunt de natura domus et parte qui sunt
ea / Et ea proprietatem male aspicientis planete / Et secundum
proprietates dominorum quibus fuerunt in nativitate
Et si in nativitate fuerit infortuna cum aliqua
partium earum homo natus erit infortunatus rebus proprietatum
ipsius infortune / et laborabit in negocio de natura
ipsius infortune et cum hoc erit laborans et miserias
quia infortune non dant nisi penalitates et miserias :
et de mala parte et cum penalitatem quando sunt

directio fortune ad bonam partem

parta fortuna cum aliqua parte bona aspectus ab aliquo planeta

Si cum male aspicit

Infortune cum aliqua parte

⊕ fortune que est in infortunio que est bene disposita cum suarum dignitatum

In dignitate sua dant magnas quantitates sed hoc est raro et maxime est hoc quando sunt cum parte fortune maiori que assumitur a sole ad lunam in hora nativitatis. Quia de hac luna o pregnationis sunt meliorum magis quam de aliqua alia

Infortuna cum aliquo ⊕ bene aspecta a fortunis vel luminaribus

Si vero in nativitate fuerit infortuna cum aliqua stationum predictarum et ipsa infortuna in bono aspectu luminaris vel fortune natus habebit bona causa mali de natura ipsius infortune et planete ad quem aspicit bono aspectu et in rebus de natura ipsius partis et domus in qua stetit in nativitate.

Econtra male aspecta

Sed si infortuna fuerit in malo aspectu natus erit infortunatus et habebit maximum malum de natura ipsius infortune et de natura planete quem aspicit malo aspectu et de natura partis ipsius et domus in qua est.

Bonus planeta in gradu partis

Si autem in nativitate fuerit planeta bonus in gradu alicuius stationum predictarum vel propter signum bonum illi nato de natura domus in qua fuit post predictam nativitatem et in quantitate bonitatis significationis quo accidit ipsa pars et auctoritatum quas habet ipse planeta in signo ipso et in modo proprietatum ipsius signi.

Infortuna in ⊕

Sed si infortuna sit cum ipsa parte significat malum de natura sua in rebus super quibus significat ipsa pars et domus in qua accidit et in quantitate et ipsius quam habet ipse planeta in ipso signo et ingratum signi in quo accidit illa pars.

In revolutione ⊕ alicuius fortuna et aspectu ab aliquo bono aspectu

Et si in revolutione alicuius anni nati fuerit fortuna in bono aspectu alterius planete et in gradu alicuius partis vel directionis alterius planete vel ipsius propter hoc quod ipse planeta sit in bono aspectu alterius planete significat bonum de natura ipsius planete et ipsius partis et de natura planetarum quorum assumit ex parte proprietatum domus quibus stetit ipse planeta in nativitate.

In loco ⊕ planeta existens male aspectus ab infortuna

Si autem aliquis planeta qui fuerit in revolutione in gradu alicuius partis dictarum vel in gradu alterius directionis dicte fuerit in aspectu malo infortune vel quod ipsa sit infortuna accidit maximum malum in rebus de natura eius et secundum naturam planete qui est in malo aspectu planete ipsius existentis in gradu predicto et de natura partis que est in ipso gradu maxime si ambe sunt infortune.

Et si in revolutione alicuius

Fuerit ascendens gradus alicuius istarum primum vel directionum et aliquis bone planete aspiciat ipsum de bono aspectu significat bonum de natura ipsius partis et planete qui fuerit cum eo et in bono aspectu illius. Sed si in revolutione fuerit aliquis gradus casus alicuius partium dictarum ascendens et mala planeta fuerit in ipso gradu et in malo aspectu ipsius significat casum et destructionem et despectum malum in fortuna ipsius hominis taliter quod durabit longo tempore. Et quando directio planete qui est in nativitate hominis in malo aspectu alterius planete vel infortune pervenerit ad gradum casus alterius planete vel ad gradum stelle fixe vel ad directionem alterius planete vel ad gradum cuiuslibet planetarum predictarum. Scias quod significat malum de natura gradus in quo inveniuntur se directio et planeta. Sic dico quando directio planete alterius pervenit ad gradum in quo fuit ipse planeta in nativitate nati. Et si in nativitate hominis fuerit aliquis planeta in bono aspectu alterius planete boni quando directio sua pervenerit ad gradum exaltationis planete vel ad gradum directionum fortune vel de aliqua primum predictarum. Scias quod significat bonum in ipso anno de natura sui et de natura gradus in quo obviavit directionem suam in ipso anno. Similiter quando directio alterius fortune pervenerit ad gradum in quo fuerit ipse planeta in nativitate. Et si in nativitate hominis fuerit aliqua fortuna in gradu sue exaltationis et sua directio pervenerit ad gradum directionis alterius planete significat in ipso anno hominem habere maxima superationem in rebus que sunt de natura ipsius planete. Idem etiam erit si directio alterius planete pervenerit ad gradum planete qui stetit in sua exaltatione in nativitate nati. Et si in nativitate nati steterit aliqua fortuna in gradu exaltationis alterius planete boni significat exaltationem in fortuna alterius. Et hoc contingit quando pervenerit ad gradum fortune vel ad gradum ascendentis vel directio fortune pervenerit ad gradum exaltationis in quo est planeta eius. Sed si in nativitate alicuius fuerit planeta in

Quando in revolutione ascendit ille gradus in quo fuit aliquis planeta et est bonus et aspectus

Nota bene quod directio applicat ad casum suum aut alterius planete et in illo fuit infortuna aut stella fixa etc.

Nota de casibus et exaltationibus

directio planete ad gradum exaltationis et ibi fit fortuna vel stella fixa

fortuna in nativitate in gradu exaltationis sue cum per directionem alicuius applicat vel aliquis ei

fortuna in nativitate in exaltatione alterius

Capitulum sequitur

pl[ane]ta in n[ativita]te in g[ra]du s[u]i casus aut alt[er]ius planete

Gradum sui casus vel in casu alterius planete Et cum hec pervenerit directio eius ad gradum vel directionem alterius planete mali Scias quod signat ipsum hominem habere in ipso anno maximum casum Etiam

directio infortune ad gradu[m] pl[ane]te cadentis

cum directio alicuius infortune pervenit ad gradum planete cadentis vel ad oppositum eius signat maximum casum Et secundum hec quando directio alicuius infortune

directio luminaris vel fortune aplicans pl[ane]te in sua vel aliena exaltacion[e]

vel luminaris pervenit ad gradum planete qui est in signo exaltacionis alterius signat maximam exaltacionem bam secundum naturam amborum planetarum Et signa directionum hominum venient causa et in racione vel de parte hominum qui habuerit relacionem in suis nativitatibus cum gradibus sperce ad quam pervenerit directiones planetarum nativitatis maxime in magna fama et cum magno opere boni vel mali ab alii qui habuerint luminaria in gradibus ad quos pervenerint planete nativitatis Et quando

Cu[m] directio alicuius pl[ane]te de una nat[ivitat]e apli cat p[er] directio[n]em ad g[radum] fortune alterius n[ativita]tis

directio alicuius planete nativitatis pervenerit ad gradum relacionis alterius fortune in nativitate alterius hominis et ipse habuerint aliquam bonam relacionem suarum nativitatum vel illius qui natus fuit ultimus in revolucione anni ipsius qui primo natus fuit Scias quod tunc accidet bonum vel malum congregacio amicicie inter eos maxime si directio luminaris nativitatis pervenerit ad gradum luminaris nati quia tunc appropinquabit homo alii cum bono ad natum Sed si inter eos fuerit mala relacio suarum nativitatum vel sicut diximus tunc apparebit quis illorum habet malam revolucionem in ipso anno Et scias quod ipse habebit malum in ipso anno ab alio homine cum quo habet

directio infortune ad lo[cu]m alicuius pl[ane]te fortune alterius n[ativita]tis vel lu[minar]is

malam relacionem Et quando directio alicuius infortune nativitatis nati pervenerit ad gradum luminaris vel fortune nativitatis alterius hominis vel directio infortune nati pervenerit ad directionem luminaris alterius cum quo habet malam relacionem scias quod natus primus dictus faciet malum in ipso anno alteri secundum naturam ipsius infortune cuius est directio

directio infortune ad lo[cu]m infortune alterius n[ativita]tis

Et quando directio infortune nativitatis pervenerit ad gradum infortune nativitatis alterius hominis vel ad directionem infortune alterius nativitatis Scias quod ipso anno sibi nocebunt adinvicem

Vide hic de relacionibus nativitatum

Et hec si habuerint malam relacionem de suis nativitatibus sicut predictum est. Sed si habuerint bona relacionem (si concordat nativitates)
auxiliabuntur sibi adinvicem ad faciendum malum illi cum
quo habuerint malam relacionem. Et quando
directio unius infortune nativitatis alicuius venerit
ad gradum luminaris alterius vel fortune ad directionem ("vel")
eiusdem, Erit quod ipse natus recipiet malum vel
dampnum in operatione sua vel mortem aut amissionem aliquid
in ipso anno ab homine primo dicto tamen quod habebit
bonam relacionem et malam nisi quia relacio
fuerit bona non eos dampnum peccatum recipiet in
corpore et honore. Et ista bona vel mala que recipit (ista sententia)
homines ad quos pervenerit directionibus planetarum
unius ad directionem planetarum alterius erunt de
natura planetarum quorum sunt ipse directiones et
de natura planetarum quorum habent relacionem
suarum nativitatum, maxime si in revolucionibus
ipsorum in anno ipso habuerint quadam pro aspectu
signum ascendens nativitatis alterius. Et quod planete
habeant talem relacionem cum eo quod sunt in gradibus
quibus fuerunt in nativitate alterius. Et secundum hoc (Nota pro revolucionibus amorum: quando figura revolucionis unius concordat cum nativitate alterius aut discordat, fiant ad odium vel amorem)
erit quod alius etiam habeat relacionem in revolucione
sua ipsius anni cum nativitate primi dicti. Et si relaciones
fuerint bone in suis revolucionibus dabunt
bonum quidam alii. Et si relaciones fuerint male in suis
revolucionibus facient malum sibi invicem. Dicit
viii ca. Ptolomeus quod illi qui habuerint in nativitatibus suis
infortunas in gradibus illis quibus alii habuerint
luminaria vel fortunas, et in revolutione hoc est maximum
malum. Sed illi facient eis aliquid malum primum quia
in relacione que est de fortuna unius cum infortuna
alterius non est aliquid bonum sed est malum de ambabus
(s. infortune / i. relacion[e]) partibus. Sed maius malum erit de illo qui habuerit
fortunam in revolucione. Et illi qui habuerint in
suis nativitatibus partes fortune predictas vel quamlibet (Quando unius in loco luminarium alterius)
illarum in gradibus luminarium nativitatum
aliorum, prosperabuntur cum eis et habebunt maxima
potestatem in dominio eorum. Et proficient in familia
eorum et habebunt bonum de eis, maxime qui habuerit in nativitate eius partem domini vel servi (dominij servorum)

⊕ In loco fortune

In gradu in quo aliquis parentum habuit in nativitate stella solem et lunam. Et illi qui habuerint in nativitatibus suis partes fortune aliquam partem predictarum in gradibus quibus alii habuerint infortunas in suis nativitatibus recipient malum vel dampnum de eis secundum naturas planetarum ipsorum planetarum et dominorum quibus fuerit in nativitatibus eorum et alia relacionum quas habuerit simul. Et illi qui habuerint in nativitatibus suis infortunas in gradibus quibus alii in suis nativitatibus habuerint casus premissi fuerint dampnum et decorem et casum illis qui habuerint casus parentum in gradibus in quibus ipsi habuerint infortunas et malum erit secundum naturam infortunarum et casus partis qui sunt in relacione et dominium et significationem quibus fuerint in nativitatibus eorum. ¶ Et

Casus ⊕ in loco fortune in nativitate aliorum

approbes in annis cum pervenerit directio alicuius planete ad gradum in quo contingit aliqua stadium parentum dictum in nativitate nati vel directio ascendentis. Scias quod significabit ipse planeta res de sua natura versus naturas ipsius partis. Et si directio fortune pervenerit ad bonam planetam significat bonum de natura ipsius boni partis. Et si directio fortune pervenerit ad malam partem significat ipsius res bonum de natura ipsius male partis sicut de mortuo vel de maleficio. Et si directio infortune pervenerit ad mala planetam significat malum de natura contra alterius mali vel de malo alieno. Et si in hora revolucionis fuerit aliquis planeta in gradu alicuius stadium parentum significat res de natura ipsius planete ex natura ipsius partis qui est in eodem gradu commixta. Et cum volueris scire illud quod significat directiones planetarum quando pervenerint unius ad alterum vel directiones eorum ad loca aliorum planetarum vel ad aspectus eorum vel ad partes predictas. Accipe primo ad gradum ascendentis nativitatis et dabis cuilibet domui triginta gradus zodiaci. Et videbis qui planete sunt domini principiorum domorum et qui planete aspiciunt bono aspectu ad domos in quibus sunt domini. Et quando directiones quorumdam planetarum pervenerint ad alios planetas vel ad suos aspectus vel ad suas directiones vel ad ascendentem vel ad partes fortune predictas. Scias quod significat res de communi natura ~~predictas~~ et proprietatum domorum in quibus sunt domini et de natura aspectuum quibus aspiciunt istas domus in nativitate. Et commutationum vel transmutationum vel aspectuum quos ipsi

directio planetarum ad loca partium aut directio ascendentis ad quamlibet partem

directio fortune ad aliquam planetam

planeta in revolutione in loco alicuius partis

Nota de significatione directionum ... domorum

et

planete habuerint cum alijs et de naturis domorum
quibus steterunt ipsi planete in nativitate hominis
Et quando directio alicuius planete pervenit ad gradum
vel directionem partis fortune vel alicuius que accipitur
ab uno luminari ad aliud vel ad gradum vel directionem
ascendentis nativitatis nativi significat quod in ipso anno significat
hec res de natura eiusdem planete et secundum naturam
eciam domorum in quibus ipse fuit domus maxime illius
domus ad quam ipse aspexit in nativitate eiusdem et ipse
vel domus in qua est dominus et est similiter quod in
suis proprietatibus cum ipso planeta et causa cuius
directio anni fuit significata huius sicut venus que significat
coniugium et domus septima que est signum coniugij. Si
et thaurus esset in septima et libra in duodecima quando
directio veneris pervenerit ad aliquem istorum locorum
significat coniugium sed pocius cum venerit ad thaurum
quia est conformior nature veneris causa domus
septime que est eciam conformior veneri in significacione
coniugij. Et si pervenerit ad libram venus significabit
concordanciam prolis cum inimicis. Similiter dico de alijs
planetis secundum proprietates domorum quibus sunt conformio-
res illis domibus et planetis quia talia erunt signata eorum.

Et nota quod omnibus que dicta sunt est apprecianda
revolucio anni et signorum constellacionis eius et sine hoc
nichil definitur in sciencia huius. Et si planeta cuius est directio
vel directio alterius planete pervenit ad gradum alicuius
parcium nativitatis que posita fuit in nativitate in
bono aspectu planete vel partis ad cuius directionem
pervenit significat aliquam secundum proprietatem eius partis
alicuius domus ad quam aspexit de malo aspectu et
secundum hoc erit eciam in revolucionibus talis et in
profeccione cuiuslibet anni

Canon universalis

Notandum quod ad iudicandum certissime quascumque constellaciones
annorum vel mensium revolucionum et nativitatum
vel revolucionum annorum mundi et interrogacionum
et quarumlibet aliarum constellacionum aspicies semper
signum ascendens et dominum eius et domum in qua
fuerit et planetas aspicientes domum ascendentis et ...

directio partis ad ☉ vel ad aliam partem

Nota quod revolucio anni maxime est attendenda ad significatum directionum

Aspectibus se aspiciunt Et si dominus ascendentis est fortuna
vel infortuna et quas proprietates habet Et si dominus
ascendentis fuerit domini et in bono aspectu ascendentis
et etiam solis et lune significat ita quod sit eius luminis et
liber ab infortuniis suas bonas proprietates in rerum
nature domus in qua steterit Et adhuc si dominus ascendentis
fuerit malus in bono aspectu ascendentis vel alterius
planete significat suas bonas proprietates in natura proprietatum
domus quibus fuerint ipse et planete qui aspicit ipsum
bono aspectu Sed si dominus ascendentis fuerit in malo
aspectu ascendentis vel alterius planete significat malum de
natura sua vel de natura aspectus quo aspicit ascen-
dens vel alius planeta ipsum vel de natura domus in qua
fuerit Et aspectus ad aliam domum in qua est dominus
ascendentis [illegible] ascendentis Et si sit dominus
ascendentis [illegible] ascendentis in bono aspectu
istius domus quia cum fuerit in malo aspectu [illegible] vel
planete alicuius ibi existentis significat malum de natura
sua et de natura domus ipsius et domini ascendentis in
ipsa domo Et quando aliquis planeta est in ipsa domo
Significat suas proprietates naturales Et si ipse aspiciat aliquam suarum
domorum bono aspectu significat bonum de sua natura et [illegible]
domus in qua steterit ipsa domus suarum quam ipse aspicit
bono aspectu Sed si ipse aspiciat malo aspectu significat
malum de sua natura et de natura domus in qua signum
quod est domus eius ad quam ipse aspicit malo aspectu Et si
aspiciat planeta aliquem malo aspectu significat malum
de natura domus in qua est ipse alter planeta ad quem
aspicit malo aspectu Et si aspiciat planeta in bono
aspectu significat bonum de natura sua et domus in qua est
ipse et planeta ad quem aspicit bono aspectu Et
omnis planeta qui aspicit bono aspectu ad domum in qua
ipse dicitur dabit bonum in natura ipsius domus
ex parte domus in qua steterit ipse planeta Et e converso
malo aspectu aspiciat eam dabit malum in ea ex
parte proprietatum domus in qua est vel sunt maxime
si steterit domus ascendentis vel luna Et etiam si

Aliquis planeta aspexerit ascendens bono aspectu significat bonas proprietates ex parte spectativa domus in qua ipsa steterit videlicet ~~domus~~ domus nature in qua steterit aliquod signorum que fuerit domus vel exaltatio eius signanter quod aspexerit tunc signum bono aspectu ascendens. Et secundum hoc ita dico quando bonus planeta fuerit in ascendente. Et si fuerit in malo aspectu erit oppositum. Et quando aliquis planeta aspexerit lunam aspectu amicitie signat futuras bonas proprietates ex parte proprietatum domus in qua steterit aliquod signum quod fuerit domus vel exaltatio eius signanter quod aspexerit tunc signum in quo fuerit luna vel signum ascendentis hoc idem erit cum fortuna sit amica lune. Si vero fuerit in malo aspectu erit econtra. Et si hoc cum infortuna fuerit in domo vel exaltatione planete aspicientis ascendens et luna aliquo aspectuum predictorum. Et sicut de hoc de aspectibus lunam vel ascendens ita dico de planetis aspicientibus solem vel dominum ascendentis vel fuerit in coniunctione cum eis.

Capitulum secundum in nativitatibus

Si in nativitate fuerit aliqua fortunarum in ascendente vel in secunda domo vel luminare in sua dignitate vel in termino fortune vel planeta aliquis infortune dignitate vel in gradu stelle fixe de magnis vel in coniunctione lune, natus erit dives multum. Et illi qui habuerint in nativitatibus suis fortunas et luminaria in istis domibus in coniunctione vel in malo aspectu infortunarum scilicet in prima vel secunda domo ~~vel~~ habebunt magnum laborem cum pauco lucro. Et illi quibus promissum est a nativitate divitias habere cum parva constellatione quod attenuant eis planete in revolutionibus suis venient ad maximum lucrum et divitias. Et illis quibus fuerit a nativitate oppositum, quamvis licet habeant in revolutionibus maximas influentias planetarum super divitias et lucrum non veniet eis nisi cum miseria et labore et parvitate et illud quod eis provenerit durabit parvum. Et si in revolutione aliquis fuerit fortune vel aliqua stellarum in coniunctione lune vel

Constellatio faciens divites

qui fuit pauperes

Quibus promittitur aliquid in ista per assimilationem revolutionum facile ad ea perveniunt et e contra.

Nota lucrum in revolutione anni

In ascendente vel in domo sexta. Et hoc taliter quod sint exasi
in coniunctione vel malo aspectu infortune signat
lucrum in ipso anno de natura ipsius planete fortune.
Alter vero si in revolucione anni fuerit aliquod luminarium
in aliqua suarum dignitatum in ascendente vel in domo
secunda vel in domo in qua in nativitate huius stetit
fortuna vel luminare quod attribuerit ipsi dominacionem vel
aliquid aliud bonum. Scias quod significat ipsum habere in ipso
anno lucrum et bonum vel officium lucrativum. Et

o. [illegible] in fortunis in [illegible] aut o. fortunarum ad [illegible]

si in revolucione fuerit fortuna in coniunctione luminaris
vel due fortune in quartili vel bono aspectu et exasi
ab infortuniis et aliqua illarum fuerit in domo in qua
fuit ipsa fortuna vel alia vel ipsum luminare vel
aliud bonum in nativitate. Scias quod significat lucrum et bonum
de natura ipsius planete et domorum quibus steterunt.
Et si in revolucione fuerit aliquis planeta in domo
in qua fuit alius planeta vel ipse met in nativi-
tate, scias quod negocium significat suarum significationum et spectabis
aspectum quem ipse habuerit cum aliis planetis in
rebus de natura planete qui in nativitate fuerit
in ipsa domo et in rebus significationum ipsius domus, maxime
si planeta qui fuit in nativitate in domo huiusmodi
fuit in aliqua suarum dignitatum vel in gradu stelle
fixe de magnis et exaltus ab infortuniis et in bono
aspectu alterius planete vel huius recepta de domino
domus. Scias quod significat lucrum et bonum de natura
domus in qua ipse steterit maxime si ipse steterit in
simili dignitate qua stetit in nativitate vel in ~~domo~~
qua stetit luminare vel fortuna in nativitate. Et si in
revolucione fuerit fortuna in domo sexta vel in prima
vel in quinta aut undecima in coniunctione vel aspectu
malo infortunii vel si infortuna fuerit in aliqua istarum
domorum in coniunctione vel malo aspectu infortunii scias
quod signat ipsum habere in ipso anno amissum vel malum
et erunt de naturis rerum domorum in quibus fuerint
ipsi planete. Et notandum quod planete cadentes a suis dignitatibus
non significant lucrum immo amissionem ~~[illegible]~~. Et omnis
planeta qui fuerit in dignitate vel exaltacione sua significat
lucrum de sua natura aut recuperatione debita exemplis

Infortunis quia ipsi semper dant parum lucri et magis
dampnosum et fortune sunt contrarii et signant etiam accomodare et solvere debita. Et si in revolutione fuit
Saturnus cum Luna in coniunctione vel prope in
domo quinta significat ipsi homini plorare et lamentationes — ♄ cum ☽ in domo
facere in ipso anno propter mortem alicuius persone vel a- — quinta
misso aliquo. Tamen si Mars fuerit in coniunctione aspectu
aut transmutatione cum Saturno aut cum luna intelli-
gendum quod dictum erit causa alicuius amissi. Si vero aliquis
alius planeta fuerit in coniunctione aspectu Saturni
ut dictum est erit causa mortis persone que sit de natura
planete existentis in coniunctione aspectu aut transmu-
tatione Saturni vel cum luna vel signi in quo est
Saturnus. Et si in revolutione fuerit Saturnus — ☌ ♄ ☽ in prima vel 8
et luna in coniunctione in ascendente vel octava significat
mortem alicuius qui morietur in domo ipsius hominis
cuius est revolutio. Et significat ipsum induere pannos nigros. Et — fortune cum ☽ in 8
fortune cum fuerint in coniunctione lune et exierit ab in-
fortunis in domo octava significat evadere alium vel alterum a
morte et medicare infirmos. Et si aliqua infortunarum
fuerit in ascendente vel in octava domo in coniunctione lune — ☽ in 8 aut in ascendente cum aliqua infortuna
significat mortem alicuius hominis vel alicuius attinentis sui vel
quod mediatur aliquis causa maioris vel [illegible] ipsius hominis.
Et universaliter Saturnus cum luna in coniunctione in — ☌ ♄ ☽ in quacumque domo
quacumque domo sit in revolutione significat negotia vel
mortem alicuius hominis. Et si in revolutione fuerit — ♄ in ascendente ☽ in 5 in malo aspectu infortune
Saturnus in signo ascendentis et luna in domo quinta
fuerit in malo aspectu planete. Scias quod significat dare
ipsi maximas curas et maximos clamores et lamen-
tationes facere et plorare. Notandum etiam quod
aspectus stellarum fixarum sunt in horizonte et in medio celi
secundum ascensiones equales [illegible] nam spera signorum
sexaginta ascensionum est sextilis earum aspectus. Et
90 est quartus earum aspectus. Et 120 est trinus earum
aspectus. Et quando stella fixa mittit radios suos
ad horizontem vocatur missio radiorum. Sed cum ipsa
stella est in orizonte orientali apparet de opposito horizontis
occidentalis. Si vero fuerit in linea medii celi apparet
de oppositione lineam medie noctis et cetera. Et planete
possunt habere aspectus cum stellis que elongantur a zona — dicit quod planete habeant aspectus cum stellis que sunt ad distantiam equinoctialis ad 24 gradus.

Equinoctiali. Et que sunt prope equinoctialem
usque in viginti quatuor gradibus aut parum
amplius et non possunt habere aspectus cum stellis
que fuerint remotiores a circulo equinoctiali ut loquitur
dictum est ¶ Et si in nativitate alicuius fuerit
aliqua stellarum fixarum de magnis de illis que sunt
de natura Jovis et Veneris in horizonte aut meri-
diano vel si proiciat radios suos ad aliquem istorum
locorum et bonus planeta aspiciat cum bono aspectu
vel fuerit in gradu in quo ipsa steterit vel habuerit tan-
tam latitudinem ab equinoctiali quantam ipsa habet
scias quod significat magnum bonum nato et maxime domi-
nus ex parte significatorum domus seu anguli in quo sunt
vel ad quem aspiciat ipsa stella fixa vel de natura pla-
nete qui fuerit in gradu vel aspectu ipsius stelle fixe
¶ Et si stella fixa sit mala ita quod sit de natura Saturni
vel Saturni et Martis et fuerit in aliquo angulorum
vel aspexerit cum aspectu malo significat infirmitatem
perpetuam vel dampnum de rebus significatis vel eius partis
anguli in quo ipsa fuerit vel ad quem ipsa
aspexerit maxime si aliqua infortunata fuerit
in tanta latitudine circuli equinoctialis in tali
parte sicut ipsa stella fixa ¶ Vel si aliqua infortuna
fuerit in malo aspectu ad angulum in quo
est ipsa stella predicta fixa ¶ Et istud significatum implebitur
in anno quo in revolucione solis fuerit ipsa stella fixa
in angulo ad quem aspiciat in hora nativitatis ma-
xime si constellacio revolucionis ipsius nati in signis
mala vel bona concordaverint cum significatoribus
stelle fixe predicte ¶ Et notandum quod omnis coniunctio
planetarum significat congregacionem bonam ¶ Et omnis
bonus aspectus planetarum significat bonum aliquid et ami-
ciciam ¶ Et omnis aspectus malus planetarum significat
odium aliquod et malum ¶ Et omnis planeta transmutatus
in aliquid significat mutacionem vel transmutacionem
¶ Et si in revolucione solis fuerit dominus
ascendentis nativitatis vel planeta qui fuit in quarto
vel bono aspectu vel in transmutacione cum bono
planeta et ipse sint in bonis domibus significat mutacionem
bonam in facundia ipsius nati secundum significationes
ipsorum planetarum et domorum et aspectuum in quibus

* de na(tivitate) q(uando) ant(e) ♃ in asp(ectu) ant(e) ♀

* de na(tivitate) ♄ in asp(ectu) ♂ vel ♀

No(ta) bene de coniunctionibus et aspectibus planetarum

fuerint planete ¶ Et si in revolucione
annorum fuerit aliquod luminarium in domo vel Luminare in
exaltacione sua / et in angulo et in coniunctione aut bo exaltacione in
aspectu fortune / aut si dominus lune fuerit in domo vel bono loco
exaltacione sua / vel in angulo et bono aspectu lune
/ aut dominus Solis in bono aspectu solis sicut inchoavit
in fortunia ipsius hominis ¶ Si autem dominum luminarium
fuerint cadentes / vel in malis domibus / aut in malo dominus luminarium cadens
aspectu luminarium qui fuerit in suis domibus
¶ Erit quod sicut malum super ipsum hominem in ipso
anno ex parte proprietatis dominus in qua fuerit ipsum lu-
minare aut dominus eius maxime si una infortunat
aut planeta cum illa transmutatis fuerit in con-
iunctione aut malo aspectu cum aliquo luminarium
vel infortuna / vel per 15 graduum / nisi dominus
luminaris vel infortuna sint in oppositione luna
et alius planeta aspiciet eum de bono aspectu illo
alii vero a sextili quia tunc significabunt concordanciam
inimicicie et odii ¶ Et si in revolucione alicuius fuerit
aliquis planeta dominus duorum angulorum / et ipse sit in planeta existens in revolucione dominus duorum angulorum
sua domo vel exaltacione / vel in angulo vel in con-
iunctione aspectu aut transmutacione luminarium ¶ Erit
tunc quod ipse planeta attribuit quod ipse homo faciat in
ipso anno opus suarum proprietatum in negocijs proprietatum
duorum angulorum in quibus ipse est dominus ¶ Si autem
in revolucione dominus duorum angulorum fuerit in con-
iunctione aspectu aut transmutacione sicut inquam
suarum proprietatum aut suorum aspectuum in ipso anno.
super ipsum hominem maxime si una illarum fuerit in
angulo aut in domo augis sua vel leticie aut exaltacionis
eius Et hoc est maxima demonstracio in revolucionibus
similiter et in nativitatibus ¶ Attendere autem Regula generalis
opportet semper per dominum ascendentis / et quod domini si-
gnorum in quibus sunt luminaria / et dominos angulorum
in quibus domibus sunt / Et si sunt in domibus aut exal-
tacionibus suis aut dignitatibus et leticijs suis aut
in angulis et cum quibus planetis coniunguntur se

Aut se aspiciunt aut transmutant, signa scilicet que ipsa
sunt ita significabunt negocia futura superioribus et
prelatis domorum in quibus fuerint et proprietatem aspe-
ctuum quos habuerint cum aliis planetis et talium
auctoritatem scilicet quod ipsi sint in suis dignitatibus. Et si
ipsi dampnificati fuerint cadentes a domibus suis scilicet
a suis exaltationibus triplicitatibus aut ab angulis
aut in malis domibus, Scias quod significant maxima mala
et miserias et relegationes et degradationes et pauper-
tates. Iterum aspicies ad luminaria que si fuerint
in bonis signis et domibus aut in coniunctione et bono
aspectu aut transmutatione cum aliqua fortunarum aut
cum ambabus, aut quod sit fortuna vel luminare in
angulo aut in domo exaltationis vel leticia suis signi-
ficant de suis superioribus secundum fortitudines eorum. Sed
si luminaria sint in coniunctione aut malo aspectu
infortune aut infortunii in malo aspectu aut transmutatione
cum fortunis aut in angulis et luminaria cadentia a
suis domibus exaltationibus aut angulis vel dominus ascendentis
aut luminarium sint cadentes a suis dignitatibus et ab
angulis suis, Scias quod omnia et singula premissorum significant
malum super quemcumque hominem scilicet genus aut quo ipse
homo pervenit. Notandum autem quod planeta significat in re-
volutionibus res diversas ab illis que significat in nativitatibus.

Nota quod planete in revolutione aliud significant in revolutionibus annorum quam in nativitatibus.

☌ ♄ ☽ in nativitate

Si autem Saturnus cum Luna in nativitate significant philosophos et prelates
negocia cum hebreis aut transitionem legis. Et si fuerint in

☌ ♄ ☽ in revolutione

revolutione ita significant lamentationem et plorare pro morte
alicuius alterius persone. Sed hic observandum quod semper in revo-
lutionibus significant aliquid de natura illius quod significaverit in
nativitate. Et si Sol in revolutione aspiciat predictos planetas
vel aliqua fortunarum de bono aspectu tunc significat ipsum appropin-
quare ad hebreos vel religiosos. Et si in revolutione fuerit

☌ ♄ ♃

Saturnus in coniunctione Iovis et in bono aspectu alterius
planete significat appropinquationem ad aliquem hominem alterius
legis vel ad hominem ordinatum ordine sacro. Sed si aliquis
planeta aspiciat eos malo aspectu significat amissionem seu parvitatem
status vel dignitatis. Et si fuerint ipsi in bono aspectu significat

mercaciam cum homine ordinato aut lucrum aut de
nefacere aliis Si vero sunt in malo aspectu significat
predicacionem fidei et admirationem filiali Saturnus in co- ♄♂
niunctione Martis significat mala peta et appropinquatis
malas et mutuacionibus et amissionem et infortunia
Et si aspiciat eos aliquis alius planeta bono aspectu
significat bonum de natura ipsius planete quod contingit
causa infortunii significati ab ipsa coniunctione Et si ipsi
sunt in bono aspectu significat ~~[illegible]~~ aliquid venire eve-
nire Et si in malo significat fornicacionem et longum iter ♄
Saturnus in coniunctione Solis significat ☉
infirmitates infortunia et mortes Et si aspiciat eos
aliquis alius planeta bono aspectu significat habere aliqua
hereditates a mortuis Si vero in malo aspectu significat
destructionem et affirmacionem in morte Et si ipsi sunt in
bono aspectu significat hereditatem aliquid de mortuis et
habere aliquid de malo thesauro aut thesaurus inveniatur cum
alienigenis Et si sunt in malo aspectu significat fractiones
infirmitates amissiones et mortem sibi naturalem de-
morum in quibus fuerint in revolucione Saturnus ♄
cum Venere in coniunctione significat appropinquacionem ven- ♀
tereus cum muliere iuvenem vel congregacionem religiosorum
aut mulieres religiosas aut prohibitas Et si aspiciat eos
aliquis alius planeta in bono aspectu significat contingentem
et congregacionem amicabilem Sed si aspiciat eos de
malo aspectu significat adulterium inconveniens aut morbum
aut mortem aut amissionem causa ipsius adulterii
Saturnus in coniunctione Mercurii significat scientias theo- ♄
logie et astrologie et docere pueros ad legendum Si autem ☿
aspiciat eos aliquis alius planeta in malo aspectu significat
mendacia falsitates et opera mala Et si aspiciat eos de
malo aspectu significat carceres [illegible] Et si fuerint in
bono aspectu ipsi mercurii significat verba et racionis intellectus
Sed si se aspiciant male significat infamias et accusaciones
Saturnus in coniunctione Lune significat mortalitates ♄
et lamentaciones Et si aspiciat eos alius planeta significat ☽
congregacionem cum persona religiosa si fuerint in bono aspectu
Sed si aspiciat eos malo significat morbum amissionem aut

Martem bonum dampnum. Et si illi fuerint in bono aspectu
significat amiciciam cum hominibus alterius legis aut cum
religiosis. Si vero in malo aspectu significat inimicitiam et plan-
ctum et amissionem et mortem vel metum. ¶ Iu-
♃ ♂ Iupiter in coniunctione Martis significat amissionem et con-
gregacionem cum hominibus malis et falsis et laborat
in argentariam. Et si aspiciat eos aliquis alius planeta
in bono aspectu significat maximum lucrum, [illegible]
maiorem potestatem et dignitatem. Et si aspiciat eos alius
planeta in malo aspectu significat maximam iram regis
et maximam depredacionem et iram domini magni vel alicuius
potentis. Si vero coniuncti fuerint in bono aspectu significat
amiciciam cum homine ordinato ordine sacro vel lucrum
causa alicuius falsitatis vel fraudis. Et si ipsi fuerint in
malo aspectu significat amissiones contra leges et bella prelia
♃ in ☉ et furta. ¶ Iupiter in coniunctione Solis significat di-
gnitatem et honorem. Et si aspiciat eos aliquis alius
planeta bene significat lucrum. Et si male econtra. Si vero
ipsi sint in bono aspectu significat habere graciam aut digni-
tatem ex parte alicuius hominis honorati vel domini. Si vero
sint in malo aspectu significat recuperare rem suam et vendere
aliquid et ignoranciam sanctitatis fidei et bonitatis. ¶ Iupi-
♃ in ♀ ter in coniunctione Veneris significat coniugium vel graciam
aut mercedem in domum vel dominum alicuius / aut assumere
mulieres maximi amoris. Et significat etiam dimicaciones pecuniarias
et spacium maximum si eos aspiciat aliquis alius bene / sed
si aspiciat eos fortuna in malo aspectu significat emere et vendere
aliquid. Sed si sit infortuna aspiciens male significat perdicionem
sibi aut sedicionem fortium tempestatem et infirmitates. Si
vero ipsi sint in bono aspectu significat lucrum et amorem et
recipere res preciosas. Et si fuerint in malo aspectu significat
recuperare aliquid quod fuit promissum in mercede vel gracia.
♃ ☿ ¶ Iupiter in coniunctione Mercurii significat mercanciam et fortunam
et officium alicuius domini. Et si aspiciat eos alius planeta in
bono aspectu significat lucrum [illegible] pecuniarum. Et si ipsi
in bono aspectu significat lucrum ex scienciis. Et si fuerint in
malo aspectu significat negacionem sciencie. ¶ Iupiter in
♃ ☽ coniunctione Lune significat assumpcionem ad [illegible] aut ad hominem
potentem [illegible] aut officium dei / aut [illegible] alicuius aut [illegible]

Euntes ad homines sui sunt recepturi dignitates. Et si alia
planeta aspiciat eos in bono aspectu significat dignitatem
cum lucro. Si vero alius male aspiciat eos significat perditionem
substantie aliorum aut bonorum. Si vero ipsi inter bene se aspi-
ciant significat appropinquationem alicuius domini vel habere intro-
ressus ab aliquo domino. Et si male significat recuperare subtrahi
et vendere hereditatem et pecunias. Saturnus in con- [☌ ☉]
iunctione Solis significat assessionem vel appropinquationem ad ho-
mines malos. et traditores et latrones. Et morbos et casus
et plagas et mortes et abscessiones maxime si alius planeta
aspiciat eos malo aspectu. Sed si aspiciat eos de aspectu
bono significat exercitus et arma. Si autem ipsi inter sunt in bono aspe-
ctu significat vincere litem placitum et litigium. Et inimicos et vapulare
alios. Et si fuerint in malo aspectu significat quod alii perdent
vel manucipient ipsum vel infirmant eum. Saturnus [☌ ♀]
et Veneris in coniunctione significat meretricem maxime
si alius planeta aspiciat eos de bono aspectu. Sed si de malo
significat malum et damnum ex parte mulierum et multorum.
Si autem ipsi sunt in bono aspectu significat amores cotidianos
valde et opus argenteum. Et si in malo aspectu significat amissio-
et libido viri cum muliere. Saturnus in coniunctione [☌ ☿]
Mercurii significat monetas falsas et scripturas falsas et
picturas et desceptiones. Et alius planeta eos aspiciat male
significat opus bellum. Et si ipsi inter sunt in bono aspectu significat factu-
opus manuale cum mensura vel vino aut moneta celere.
Si autem in malo aspectu significat infamia plurimum discordia
invidiam. Mars in coniunctione Lune significat ex- [☌ ☽]
ercitus. Et congregationes gentium armatorum. Et appropinqua-
tionem ad malefactores. Et ad homines dolosos maxime si ali-
quis planeta eos aspiciat in bono aspectu. Sed si eos aspiciat
in malo aspectu significat quod alii veniant depredentur eius arma
sua vi vel manucipient et ~~furant~~ feriunt et malefaciant ei.
Sol autem cum Venere significat negotia mulierum [☉ ♀]
Et si aspiciat ~~eos~~ alius planeta in bono aspectu negotium
predictum erit bonum quia aut erit coniugium aut pro-
speritas. Et si aspiciat eos de malo aspectu erit malum. Sol
cum Mercurio in coniunctione significat negotium librorum et [☉ ☿]
scientiarum et sermonum et appropinquationem legibus. Et si
eos aspiciat bene alius planeta negotia huius erunt bona.
Si vero non contrarium aut damnabitur.

♀ ☿ Venus in coniunctione Mercurii significat opus suum et mer-
cancias de rebus que sunt de natura signi in quo sunt
Si autem aliquis planeta aspiciat eos bene significat lucrum
in mercancia Sed si aspiciat eos male significat amissionem
et accusacionem Et si fuerint in trino et sextili significat tractatum
coniugia ♀ ☽ Venus in coniunctione lune significat
appropinquacionem ad dominam vel ad mulieres magnas
vel negocium cum mulieribus vel gaudium aut similia magis
si aliquis planeta aspiciat bene eos Si vero male vel
quod non sit Jupiter significat malum et dampnum ex parte
mulierum Si autem ipsi inter se aspiciant bene significat
amiciciam cum muliere vel lucrum ex parte mulieris
Et si fuerint in malo aspectu significat vendere mobilia sua
et comparare aliquid quod debetur ei a muliere ☿ ☽ Mercurius
in coniunctione lune significat ingenium scripturarum et cogitare
et scribendi libros Et si aliquis planeta eos aspiciat bene significat
lucrum et bonum Si autem male significat dampnum et amissionem
Si autem ipsi inter se sint in bono aspectu significat lucrum per cartas
vel per scripturam vel significat scribaniam Si vero in malo
aspectu significat sentencias disputacionum Et diversificantur hec
iudicia secundum naturam signorum in quibus sunt coniunctiones
et aspectus in quibus sunt cum aliis planetis et domibus
in quibus sunt et de planetis qui aspiciunt eos in revolucione
☉ ☽ Et si in revolucione fuerint Sol et luna in coniunctione
et planeta fortuna in ascendente vel in simili aspectu ascen-
dentis quem habet luna cum Sole Iudicat quod significat honorem
et lucrum de gentibus Sed si ibi fuerit aliqua infortunarum
significat laborem et paupertatem Et si in revolucione fuerit
luna in coniunctione vel malo aspectu cum Sole vel cum aliqua
infortunarum in coniunctione aut malo aspectu seu trans-
lacione cum aliquo luminarium Iudicat quod significat malum
morbum et mortem et periculum mortale Et si fuerit
luna in coniunctione Solis et infortuna aspiciat de bono
aspectu significat mortem alicuius et congregacionem gencium ad
tractatum vel ad lamentacionem Sed si Jupiter aspiciat
eos bono aspectu significat electionem vel dignitatem et maximam
exaltacionem Et si in revolucione fuerit luna egrediens
de radiis Solis et in bono aspectu alicuius planete significat
maximum bonum in ipso anno de natura illius planete qui
fuerit in bono aspectu lune Sed si luna egrediatur de

☽ egrediens radios ☉ in bono aspectu fortune

32

De radio solis in coniunctione aut malo aspectu infor- — *In malo aspectu*
tune signat electionem maximi mali quod durabit per
longum tempus Et si luna fuerit intrans sub radijs — *☽ ingrediens radios ☉ in malo aspectu infortune*
Solis in coniunctione aut malo aspectu infortune signat
maximam destructionem et desolacionem et deposicionem regis
tamen in ipso anno ~~de natura alicuius planete~~ Et si luna
ingrediatur sub radijs solis in coniunctione aut aspectu fortune
signat firmare et abscondere signum et pecunias Sed si luna
egrediatur de sub radijs solis in coniunctione aut aspectu fortune
signat invenire thezaurum Et hec diversificatur secundum naturam
signi et domus in qua fuerit luna. quia domus fortunarum
et luminarium signat ... et res preciosas maximi valoris
et domus infortunarum signat res viles et parvi precij
Et si in revolucione fuerit luna in bono aspectu — *☽ ☉ in bono aspectu*
cum sole signat habere amicos diligentes eum et bonam fa-
mam Sed si fuerit in malo aspectu signat odium in gentibus
et malam famam Et nota quod si luna sit in malo aspectu
infortune in revolucione signat dampnum iustum et res iustas
et cum ... et ... Et si in revolucione fuerit pars — *⊕ in revolucione cum aliqua fortuna aut infortuna*
fortune cum aliqua fortunarum veniet tamen huic bonum
rege et lucrum et gaudia in ipso anno Sed si fuerit cum
infortuna erit oppositum Et si in revolucione — *⊕ in ✶*
fuerit aliqua stellarum fixarum de magnitudine prima aut secunda
illarum que sunt apud zodiacum cum parte fortune veniet
tamen huic res de natura illius stelle fixe in ipso anno maxime
si illa stella predicta fuerit in aspectu ascendentis vel luminaris
Et gradus ascendentis planete qui fuerit in ascendente, — *planete in ascendente in revolucione*
signat apparicionem et ... et ... et ... maxime
si fuerit planeta bonus vel dominus ascendentis vel in domo sua
Et secundum naturam planete existentis in ascendente talis
erit res inventa quia fortune in gradu ascendentis signat
invencionem rei mobilis et luminaria in gradu ascendentis
signat apparacionem et visiones ... et infortune in gradu
ascendentis signat ... ... vero in ascendente sig-
nificant Et fortune in gradu cadente ab horizonte ... — *planete cadentes ad domum sextam*
tali signo amittit aliquid quod cadit de manu eius maxime
si ... ibi malus aspectus infortune luminaria vero in eodem
gradu cadente predicto signant absconsionem Et fortune
in predicto gradu cum malo aspectu luminaris signat

Casum ab alto loco. Et producte fortune in gradu
cadente ab horizonte orientali quod et luminaria cum
aspectibus salutis significat eas. Et significata horum planetarum
in horizonte bona sed accidunt cum bonis aspectibus
fortunarum et mala cum malis aspectibus infortunarum.

Nota generalem modum iudicandi in nativitatibus et revolucionibus

Notandum autem quod omnis gradus signi aut
planete qui fuerint in angulis si non aspexerit eos
aliquis planeta. Et volueris scire quod significat aspicientes
naturam planetarum congregatarum et naturas signi et domus
in qua sunt. Et si ambo sunt boni et aliquis eorum sit in exal-
tacione aut gaudio suo significat bonum de suis proprietatibus et
qualitas boni erit secundum quod ipsi sunt in leticia aut in gaudio
suo aut in dignitate sua. Sed si aliquis illorum coniunctus
fuerit infortune significat malum de natura ipsius infortune et
domus in qua sunt. Et si planete coniuncti licet sint fortune
sunt cadentes a suis dignitatibus aut in domibus suarum
lamentacionum significat parum boni et cum tedio. Si autem planete
coniuncti sunt infortune significat accusacionem et infortunium
et morbum et fractionem malam.

Planeta bonus et solus in angulo

Et si aliquis planeta
fuerit solus in angulo et fuerit bonus in aliqua suarum
dignitatum significat bonum de sua natura et in qualitate dignitatis
in qua fuerit. Sed si fuerit cadens a sua dignitate parum
boni significat.

Infortuna in sua dignitate in angulo

Et si planeta qui fuerit in angulo fuerit
infortuna et fuerit in sua dignitate significat magnam
potestatem in aliquo malo. Sed non significat quod habeat
ipsam potestatem habebit malam morte secundum naturam ipsius
infortune. Sed si ipse fuerit in casu sue dignitatis significat
rem vilem in quantitate et falsitatem in sunt fraudes et
tradiciones.

Qui scit vendere et qui emere

Et Mercurius in coniunctione aut bono aspectu
Saturni vel Martis significat vendere. Et in coniunctione aut
aspectu Jovis vel Veneris significat emere.

Fortune in ascendente vel decima

Notandum
autem quod fortune in ascendente aut aliqua illarum et in
sua dignitate significat dignitatem et dominium aut officium
aut potestatem domini alicuius aut officium lucrativum. Et si
fuerint in domo sola significat dimicare vel lucrari aliquid
aut tempore et accipere aliquam qualitatem.

Et si sint extra suas dignitates

Et quod ipse sit
in sua dignitate significat lucrum sine conatu vel ruina
sumens expensis vel quod solvat debitum ita quod [illegible] de [illegible]

Lucrata cum ipso manebit in anno ipso. Et infortune — *Infortune in ascendente*
in ascendente significant laborem sine lucro et cum maxima
expensa ita quod nichil manebit cum homine de lucro, et
significant expensam et expoliacionem et annullacionem. Et si fuerint — *2.*
infortune in domo secunda significant vanitates et expensas et
amittere et [illegible]. Et quando fuerit fortuna — *fortune in 1 vel 2 in aspectu luminarium*
in ascendente vel in domo secunda in coniunctione lune
vel in bono aspectu luminarium aut fortune significat mercedes
alicuius domini de natura ipsius fortune. Et si fortuna fuerit in
malo aspectu luminarium significat recuperationem sue vel domus quod
debetur ei vel alicuius rei de mercede vel litigio in quo habuit
victoriam. Et si fortuna que fuerit in aliqua istarum — *♄*
domorum in bono aspectu ~~luminaris~~ Saturni significat tempus
aliquid in custodia vel accomodatum. Et si fuerit in bono aspectu — *♂*
Martis significat [illegible] et tempus aliquod ex mala parte sicut de
furto aut fraude. Et si aliqua fortunarum fuerit in aliqua
istarum domorum in coniunctione aut malo aspectu infor-
tunii aut fortune et absque aspectu alterius planete significat
amissionem damnumque et mala. Et si aliqua infortunarum — *Infortune in 1 vel 2 in aspectu luminarium*
fuerit in aliqua istarum domorum in bono aspectu luminaris
vel fortune significat [illegible] vel [illegible]. Si
aut fortuna sit in malo aspectu luminaris vel fortune
significat iram domini aut regis aut ipsius aut amissa et [illegible]
et damna et solutionem calumniarum et homicidia. Et in — *Quid sit coniunctio plurium planetarum per se vel per radium*
veritate scire quod si planete cum sunt [illegible] vel [illegible]
vel plures quocumque modo sint coniuncti vel in aspectu ad-
invicem. Et quod duo sunt sint [illegible] alios duos [illegible]
[illegible] semper indicium amborum [illegible] sicut quod dixi in
prima parte et aliorum etiam amborum et [illegible]
[illegible] ratione [illegible] [illegible] et [illegible]
et domorum quibus sunt. Sicut si fuerit Mars in quinta — *♂ ☉ in 7 ☽*
Solis et luna in [illegible] et [illegible] luminarium
in domo septima. Etiam Mars cum sole significat [illegible]
ad [illegible] et luna in [illegible] Martis significat [illegible]
in domo septima [illegible] similis constellatio significaret
bellum et prelia. Et sic [illegible] in coniunctionibus
aut aspectibus pla[netarum] in nativitatibus aut revolutionibus aut in

Nota bene de planetis in prima et secunda domo

Nota generalem cautelam circa Judicia

coniunctionibus seu coniunctionibus ¶ Diversificantur
aut Judicia signata per longum tempus in aliquibus filiis
quod diversificantur multe operationes et sunt immutationes alt
(?) in modo ab stellis cadentibus et cometis et alijs
stellis que generantur ex elementis Et sunt quod diversificantur

viii pth: xvi leges et consuetudines gentium et sunt gentes et genitura
¶ Et aliquando quia non possunt sequi talia planete super
filium sarraceni sicut super filium ortodoxi quia filius
ortodoxi potest esse (?) sed filius (?) Et
item non possunt planete talia attribuere equo seu filio
equi sicut filio mulieris Sed signant bonum et malum
bonitatis vel malignitatis inchoationis et prioritatis multi
generis secundum naturam sue speciei et multe speciei secundum modus

Nota differentiam inter signa nativitatis et revolutionis

et viri recipientis eius ¶ Notandum autem quod in nati
vitatibus attribuunt planete homini dotes per status et consuetudines
eius quibus vendantur per totum tempus sue vite in revolu
tionibus signant res que sunt sicut a prudentia et durant per
tempus anni et non per totum suum vitam sic quod in na
tivitate signant officia et magisteria et negotia quibus vivit
per totum tempus sue vite vel per maiorem partem sue vi
te si maximunt ea sed in revolutionibus signant officium
durant per tempus et appropinquationum ad domum ut con
iugia aut alia accidentia que accidunt in modo quod reguntur
in actu signata que fuerunt in nativitate Et consti
tationes que accidunt in genitura signant acta que accidit
in quolibet die et directiones quibus fuerunt planete
ad alios signant maximas mutationes status genitura
morborum et mortium ¶ Et si in revolutione

oo plerumque bonorum fuerint duo planete oppositi et ambo sunt oppositi et
boni scias quod signant aliquam separationem Sed si contra illorum

oo boni et mali fuerit malus signat aliquam contradictionem et adiuvet ini
micitiam et malum et litem et damnum Et si ambo planete

oo malorum oppositi fuerint infortunii scias quod signant inimicitiam spiritualem
et litem cum inimicis fidei Et si ambo planete fuerint
oppositi et alius dans sit in suo regno et sic alterius
signat concordantiam (?) planetarum (?) oppositorum

Sicut si quidem oppositionum sit verum significat communicationem
commixtionis et appropinquationis cum mulieribus. Et si fuerit in
planeta significat mercandisas vel aliquid aliud compositum in
qua se conveniunt ad invicem. Et si aliquis planetarum
oppositorum fuerit infortuna significat concordantiam cum et cetera
Et ambo planete oppositi fuerint infortune et alius
tamen aspiciat eos bene significat concordantiam amicitie cum
inimicis fidei. Et si fuerint duo oppositi planete et alius tamen
aspiciat eos a quarto et ambo fuerint fortune significant
communicationem absolutam. Sed si planeta qui aspicit eos
a quarto fuerit infortuna significat separationem et litem et discor-
diam et malum. Et significat hoc erit si duo planete unus sit — Nota de oppositione duorum tercio aspiciente
in coniunctione et alius bene aspiciat eos bis significat concor-
dantiam inimici vel odii. Et si infortunium aspiciat eos in
bono aspectu significat treugas cum inimicis. Sed si infortunium
aspiciat eos malo significat maximum malum et dampnum et destructionem
Sed si bone planete fuerint in coniunctione et alius ista
aspiciat eos in bono aspectu significat concordantiam appropinquationis
et amicitie. Sed si infortuna aspiciat eos a malo aspectu
significat dampnum et divisionem aliorum cum quibus hoc fuit
Et omnia ista supradicta erunt secundum qualitates domorum
in quibus steterint planete in revolutione hominis et secundum
qualitates domorum in quibus fuerunt ipsi planete in nati-
vitate hominis et secundum coniunctiones aspectus et trans-
mutationes quas habuerint planete in nativitate. Et nego-
tium erit magnum aut parvum aut nobile seu vile secundum
naturas signorum in quibus fuerit planete et in quibus
steterunt etiam in nativitate hominis. Et secundum affinem vel
dignitatem generis regum in quibus fuerit ipse homo vel
illud quod paterit tempore illa persona secundum unum. Sicut si
duo planete conmigant in domo sexta significat super servum
aut negotium eius. Et si fuerint in decima domo significat
negotium regis vel domini aut regnorum et dominorum
Notandum autem quod planete a sunt
eccentricis epiciclis latitudinibus sicut alia quam ab aliis stel-

vide ad questiones summe mecum

pla ex ns in auge — Quia planeta existens in auge nos signat longitudinem et magnitudinem et altitudinem et res altas et ascendentes. Et que sunt in opposito augis ecam. Et planete septentrionales signant res graves et ponderosas. Meridionales vero leves. Et planete stacionarii primi et retrogradi signant grossitudinem. Stacionarii vero secundi et qui sunt in auge epicicli signant debilitatem et tenuitatem. Et superiores soli si fuerint orientales soli vel in oriente signant bonitatem et magnitudinem et ecam si occidentales. Hemispherium superius signat manifesta et inferius occulta et ignorata. Pars orientalis signat nova, occidentalis vero antiqua. Signa que sunt domus fortunarum sunt nobilia et infortunarum eorum. Et sic hoc planete in eis existentes. Cancer signat aquas naviga et mercaderias et nobilia. Leo signat ignem etiam aurum et argentum et maxima potestatem. Domini signorum qui sunt in angulis si fuerint in angulis vel in domibus angulorum signant res maximi precii et magne potestatis. Et si in cadentibus signant res parui valoris et potestatis. Et mediocria tenent medium. Dominus planeta qui habet planetas plures subiectos sibi fuerit in domo sua ipse habet maximam vim et potestatem et attribuit maiorem fortunam et fortuna de natura ipsius planete et domus in qua fuerit et aspectus et coniunctionis quam habuerit cum aliis planetis que dicitur esse vera ambobus. Planeta autem qui fuerit in gradu stelle fixe de magnitudine prima aut secunda signat permanentiam existendi et durationem longam et mutacionem. Et si fuerint in coniunctione dua planete aut in malo aspectu respice quis eorum sit propior augi ecentrici sui et ideo est maior potestas et auctoritas et valor eius erit secundum elevationem quam habuerit in ecentrico et propinquitate ad augem. Si vero ambo fuerint equales respice quis eorum sit ascendens et quis descendens quia qui fuerit ascendens in ecentrico habebit maiorem potestatem.

Marginalia (left margin):

pla ex ns in auge

In opposito Augis

Septentrionalis

Meridionalis

stacio Retrogradatio

Hemispherium superius inferius

oriens nat. occidens natis pars celi

Domini signorum in angulis

Si in cadentibus

pla in gradu *

quod plete sunt orientalis superiores et sunt elevationi vicinius ad altum

35

Capitulum .m. in sciendo tempus complementi significatorum planetarum secundum sententiam alquinzi in ethimologia .12.

1 Dixit autem si desideras tempus complementi
omnium et singulorum predictorum rerum planete signi-
ficatoris malum vel bonum in revolucione quot gradus
et minuta sit in signo quo est, quos multiplica per duodecim
et quod fuerint adde super gradus in quo est planeta secundum
successionem signorum. Et quo deficit numerus scilicet in illo gradu
quando sol fuerit in ipso anno ipsius revolucionis implebit
illud quod talis planeta significavit vel tunc
incipiet vel fieri. Ita sicut si signum bellum vel vari sanitas
in ipso die esse implebitur signum. Sed si significavit
planeta mortem naturalem vel rem que non potest fieri
nisi in longo tempore tunc ipso die incipiet res fieri
scilicet morbus incipiet vel modus quo graditur in actu huius
2 signatum. Sed alii dixerunt quod tot dies erunt post
initium revolucionis quot sunt gradus multiplicacionis
implebitur signatum planete et adhuc super quod est verum
sicut incipit opus in primo tempore planete. Et si planeta
fuerit in principio alicuius signi complebitur signum suum
in die quo fuerit sol in primo gradu quo est planeta
3 Et adhuc alii dixerunt quod signa planetarum in revolucione
complentur in mense ipsius anni quando ipse planeta
fuerit dominus profectionis ascendentis nativitatis et maxime
si in ipso mense fuerit sol in aliqua domorum ipsius
planete aut in domo planete qui in revolucione fuit
in angulo vel significavit aliquid. Et tamen
significata planetarum in nativitatibus quandoque complentur
in annis quibus fuerint directiones planetarum ad
gradus ascendentis vel medii celi. Et quando se obviaverint
directiones ad invicem scilicet dixit quemadmodum planetarum
cum se invicem alicuius et maxime si in ipso anno
planeta huius habuerit potestatem in revolucione per
commixtionem aspectuum aut transmutacionem quorum

Primus modus

Multiplicentur gradus signi-
ficatoris alicuius per .12. et
numeratur numerus a signo prin-
cipio illius et ubi ter-
minatur numerus tunc ubi sol per-
venerit tunc apparebit

Alius modus

Alii numerant ex multi-
plicatione provenientem nu-
merant a principio
anni revolucionis

Alius modus quod signi-
ficator alicuius rei fuerit
dominus mensis secundum
signorum profectionis

Significata et aspectus
in nativitate quando complentur

Directio luminarium / fortune / infortune ad ⊕

Ipse habeat unum sole aut luna vel qui sunt in an-
gulo revolutionis vel si ipse planeta fuerit dominus
profectionis et in annis quibus directio operis ple-
pervenerit ad partem fortune mandare que accipitur
a sole ad lunam implebitur quod significat planeta in
nativitate quia quando luminare vel fortuna pervenit
per suam directionem ad partem fortune significat maximum
bonum de natura operis fortune sed quando infortuna
significat contrarium. Si dominus revolutionis mundi
fuit dominus revolutionis operis vel anni nativitatis et
fuit in angulo et liber ab infortunis et in bono aspectu
luminaris et in revolutione mundi sit in sua dignitate vel
in angulo vel in bono aspectu luminaris hoc significat
quod ipse homo erit in ipso anno potentissimus et sublimabitur
in dignitate et effundetur fama eius ultra. Et si
dominus revolutionis mundi fuerit in angulo vel in bono
aspectu luminaris revolutionis hominis augmentabitur
honor et fama et potestas operis hominis in ipso anno.
Unde almansor dixit Non oportet aliquem pungere
castrum illud nisi revolutionis domini fuit dominus
revolutionis mundi in ipso met anno. Si autem
scire volueris mensem anni in quo complebitur significatum
planetarum in revolutione anni solaris extrahe
revolutionis cuiuslibet mensis secundum quod predictum est
et accipies constellationes ipsorum dierum secundum suas
ascensiones et accipies in quibus revolutionibus ipsorum
mensium habebit planeta aut aspectum aut receptionem
mutationem vel qui sit in angulo planeta qui significat
illud quod quesitum in revolutione anni solis et hoc
scias quod in tali mense implebitur in revolutione sed
illud quod significat planeta talis in ipso. Si autem
volueris scire in quo die mensis erit hoc negotium
respice diem in quo fuerit ascendens signum suum
secundum quod dictum est gradus signi in quo
fuerit ipse planeta vel signum quod in revolutione
operis mensis fuit in domo talium [illegible] sicut
illud quod significavit talis planeta. Et scias quod hec

Nota hoc bene
De domino anni mundi si ipse sit fuerit dominus anni revolutionis alicuius nativitatis

Quo mense anni apparebit significatum revolutionis

Quo die

In ipso die implebitur illud quod significant planetarum
revolucionis ipsius anni secundum illud quod dicit in
nativitate Et hec est via legendi naturalis et sapientis
et sequens fuit expertum

Capitulum tercium de itinere

Si in nativitate fuerit luna aut Mars — In nona domo nativitatis
aut Saturnus in nona in aspectu aliorum
planetarum cadentium a domibus suis significat quod significat
nativum peragrare itinera multa Et si in nativitate
fuerit aliquis planeta in domo nona transmutatus
cum aliquo ipsorum trium planetarum vel aliquis ipsorum
trium planetarum predictorum transmutatus cum alio
erit peragrans ad loca talium planetarum qualis est domus
in quo est ipse planeta qui est transmutatus cum
planeta qui est in nona domo Et notandum — Significata nativitatis et bene et contra significacionem revolucionis
quod illi in quorum nativitatibus affuerint ambulare itinera
et quamvis per eam constellacionem super nativitate sibi
in revolucionibus sunt quod si attenuat peragrare nimis
ad itinerandum Sed illis quibus hec non fuit attributum
erit e contra Et si in revolucione anni fuerit — ☽ cadens
Revolucio — luna cadens ab angulis et a domo et exaltacione sua
hec significat ambulare itinera maxime si dominus signi
in quo fuerit luna fuerit transmutatus cum aliquo
alio planeta existente in 3 aut 9 vel quod signum lune
sit domus tercia aut nona Et si luna fuerit in bono — Iter bonum
aspectu planete iter erit velocissimum et placabile Et si — Lucrativum
luna fuerit in coniunctione aspectu aut transmutacione
fortune iter erit lucrativum Si vero in infortuna — dampnosum
erit et dampnosum Et si luna fuerit in via combusta — ☽ in via combusta
vel inter duas infortunas vel inter infortunam
et malum aspectum Solis sunt Saturnum iter erit
pessimum Si autem in via bona que est a 19 gradu — quot gradus durat via bona
usque in quintum gradum tauri
inter fortunas duas vel inter quorum illorum et aspectu
bonum aliquo planete iter erit bonum Si autem — domus ascendens revolucionis in 3 vel 9
domus ascendens revolucionis fuerit in domo tercia
aut nona in aspectu lune vel domini nona vel in
coniunctione aut transmutacione cum eorum significat ipsum

dominus 9ᵉ vel 3ᵉ in ascendente vel in domo ascendentis aut in luminari

[A]mbulare itinera in ipso anno. Et etiam si dominus
9ᵉ fuerit in ascendente aut in 9° vel in coniunctione
aspectu aut transmutacione cum domino ascendentis
aut cum sole vel luna significat ambulare itinera in
ipso anno. Et si luna fuerit in coniunctione aspectu
aut transmutacione planete existentis in 9° vel si
dominus 9ᵉ fuerit in coniunctione aspectu aut trans-
mutacione cum aliquo illorum. Vel si aliquis eorum
fuerit cadens a domo vel exaltacione sua etiam est
quod significat peregrinare maxime si planeta residens in 9ᵃ
fuerit mars aut mercurius aut planeta qui est
transmutatus cum aliquo eorum. Et si dominus none fuerit
transmutatus cum marte vel aliquis eorum aut planeta
qui sit in aspectu alicuius eorum fuerit in domo nona
[et] tercia quod significat ambulare itinera maxime si planeta
qui fuerit in domo nona fuerit luminare vel planeta
cadens a domo vel exaltacione sua. Et si in revo-
lucione fuerit aliquis planeta in ascendente trans-
mutatus cum planeta qui est in 3ᵃ aut 9ᵃ cum
transmutentur multis aut paucis mediantibus
planetis aut transmutacio sit a suis domibus exalta-
cionibus etc. Vel ab exaltacione venientes et domus alterius
tamen sint bona quam mala aut retrogradi aut combusti
significat peregrinare itinera. Et si planeta qui fuerit in una
istarum domorum transmutatus fuerit bonus significat
bonum habere de itinere. Si vero malus significat laborem
sine comodo. Et si planeta significans itinera sint in
coniunctione aut malo aspectu infortune vel fuerit
cadens a sua dignitate significat malum damnum et la-
borem sine lucro de itinere. Et notandum quod
luna cadens ab angulo in libra scorpione capricorno
aut aquario aut pisce quamvis aspectu sit domini
3ᵉ aut 9ᵉ aut transmutacione cum eo significat etiam
peregrinare. Et si aliquis planeta fuerit in domo
tercia aut nona et aspiciat ascendens vel lunam
vel dominum ascendentis vel fuerit in transmutacione
cum aliquo illorum significat peregrinare maxime si
signum ascendens fuerit signum animalis maxime
si sit piscis quia tunc fortius erit significativum itineris

de transmutacione

planeta significans itinera infortunatus

☽ cadens ab angulo in ♎ ♏ ♑ ♒ ♓ [aspectu] domino 3 aut 9 aspiciens iter significat

♓ signum innuat itinera

V.

Et si planeta significator qui significat illud fuerit in cauda
vel quod transsumitur sit in signis que sunt regalia
istorum planetarum significant illud fore quod illud erit
ad domum regis et super negocia regis. Et si fuerint
fortune illud erit bonum et cum lucro. Si vero infortune
econtra. Et quando dominus ascendentis revolutionis
fuerit cadens aut sua dignitate aut transsumitur significat
mutationem aut exitum de loco ad locum aut de domo in
domum. Et si in 3a aut 9a fuerit planeta qui aspiciat
ascendens significat peregrinare et maxime si ipse planeta
fuerit in [illegible] vel in domo sua vel aspexerit lunam. Et si
planete significantes illud fuerint fortune et cum bono aspectu
significant bonum de natura eorum. Et si in ascendente re-
volutionis aut in domo sua fuit fortuna et libera de
combustione aut malo aspectu aut transsumtione infor-
tune significat lucrum et bonum de itinere.

Capitulum in exiliis et peregrinationibus

Exilia et peregrinationes que sunt [illegible]
vel regis aut populi propter [illegible] aliquem a patria
sua dicuntur exilia. Et peregrinationes sunt voluntate
alicuius sicut illi qui vadunt ad terras alienas et sicut
illi qui vadunt in Romam [illegible]. Et ambo ista significat Saturnus.
Nota si in nativitate alicuius fuerint Saturnus
et Mars ~~[illegible]~~ elongati per
spacium 30 graduum unus ab alio natus ambulabit
in terras alienas in peregrinatione vel ambulabit itinera
longa. Si autem in nativitate hominis Saturnus
et Mars fuerint in domo quarta et unus illorum
cadens a suis dignitatibus vel aliquis luminarium in
in malo aspectu fuerint significat quod natus erit positus in exilio
causa vel regis vel populi. Et si in nativitate fuerint
Saturnus et Mars cadentes a suis dignitatibus et in
domo nona significat natum ambulare in multis peregrinationibus
et tempore multe longinquitatis. Et iterum si Jupiter fuerit in
domo nona cadens a suis dignitatibus significat ambulare
continuum. Et notandum quod omnibus illis quibus in
suis nativitatibus fuit attributum aliquid de supradictis
tam in exilio quam in peregrinatione sequenter contradicitur in
malo aspectu aut transsumtione Martis et Saturni
in revolutione facit ipsos peregrinare aut relegari. Et si
in nativitate alicuius Saturnus et Mars fuerint in

Revolucio
dominus ascendentis cadens

planeta in 3 aut 9 aspiciens ascendens vel 3

fortuna in ascendente vel 2 et illud signans sit bonum

dent peregrinacionis exilia — et ambos ♄ et ♂ significat

♄ ♂ elongati a se 30 g.

♄ ♂ in 4ta in malo aspectu luminarium — exilium carcerem

♄ ♂ in 9 extra suas dignitates

♃ in 9 [illegible]

Nota pro revolucione in significacione [illegible] anno complebuntur

♄ ♂ in ○ ☌ ⊙

Lamentationem aut in oppositionem Solis ~~aut in malo~~
~~aspectu alterius planete~~ natus abit ad habitandum
extra alienam. Et si in revolutione ipsius hominis
fuerit Saturnus in coniunctione aut oppositione Solis
aut in malo aspectu alterius planete significat exilium
secundum illud quod attributum fuit ei a planetis in nati-
vitatibus. Et si in revolutione aliorum annorum infor-
tuna illa que significat exilium in nativitate fuit in
coniunctione aut transmutatione cum sole significat exilium
aut peregrinationem

Capitulum in sciendo si hereditabit filius regis regnum
suum patris et si quis habebit post mortem patris bona eius

Aspice in hoc nunc luminaria nativitatis filii
regis. Et si inveneris ea in domibus aut
altitudinibus suis aut domibus fortunarum et in angulis
aut succedentibus angulorum, sciens quod natus possidebit
post mortem patris regnum et dominium eius, maxime si
luna fuerit crescens quia ipsa significat expansionem
potestatis. Et si luminaria fuerint cadentia a suis dignitatibus
vel aliquod illorum et fuerint in coniunctione fortunarum
aut luminare cadens fuerit in coniunctione fortune significat
quod primum amittat regnum vel dominium sui patris et re-
cuperet ipsum amplius. Et si in nativitate filii regis
fuerit alterum luminarium cadens alterum vero in domo aut
exaltatione sua significat ipsum possidere regnum sui patris.
Deinde amittere ipsum aut amittere ipsum primo deinde
tempore illud, quia Sol in sua dignitate significat possidere
et infirmus Luna aut amittere ipsum primo deinde
tempore. Et si in nativitate filii regis fuerint Jupiter
vel Venus et luminaria in angulo aut in domo an-
guli significat ipsum dominari in regno sui patris et esse rege
in ipso. Sed si luminaria fuerint cadentia amittet ipsum
postea. Si autem in nativitate filii regis fuerint luminaria
in suis domibus aut exaltationibus vel alicuius earum
in coniunctione cuiusdam fortune significat possidere regnum et
amittere ipsum deinde. Si autem in nativitate filii regis
fuerint infortune in coniunctione aut elongate per
spacium 30 graduum aut in angulo maxime Saturnus
natus non possidebit regnum aut dominium sui patris
neque hereditabit ipsum. Et si Mars fuerit in angulo

Margin notes:

♄ in ☌ a ☉ ☍ a ☉ in revolucione

Luminaria in suis dignitatibus

Luminare aliquod cadens et coniunctum fortune perdit et recipit regnum

♃ ♀ et luminare in angulo

Luminaria in infortunis extra angulos

ei tolletur et regnum totum vel maxima eius pars
Si in nativitate cuiuscumque nati fuerint infortune
in domo quarta natus erit deshereditatus et pauper et per
spacium totius vite sue erit pauper et miserrimus ma-
xime si altera earum fuerit cadens a domo vel exaltatione
sua et in malo aspectu luminarium aut fortune. Et si
in nativitate filii regis fuerit Saturnus in domo aut
exaltatione aut signo quod habeat (?) dignitatem in domo
quarta significat habere hereditates patris sui et regnum eius
Si autem Saturnus in domo vel exaltatione sua fuerit
in septima in nativitate significat ipsum habere bona sed
deinde vendere ea. Et si Saturnus fuerit cadens a
domo sua vel exaltatione et in quarta significat ipsum nil
habere de bonis patris sui aut si aliquid habeat vendet
illud illico. Si autem in nativitate fuerit Mars ca-
dens aut in domo quarta in malo aspectu luminarium
significat natum deshereditari vi quia aliqui removebunt
eum (?) hereditates suas et significat servitutem in dominio seu
regno dum et ipse sit dominus ibi. Et si in nativitate
filii regis fuerit Saturnus in aliqua suarum dignitatum
et in ascendente aut in decima domo aut in bono aspe-
ctu luminarium significat natum esse dominum multarum terrarum et
multarum hereditatum. Et si in nativitate filii regis
fuerit aliquis planeta in domo sua in quarta domo
nati hereditabit patrias sui patris et hereditates aliorum
Si autem sit in quarta in aliqua suarum dignitatum
vel quod sit dominus quarte domus aut si dominus quarti sit
in ascendente et non sit cadens a sua dignitate significat
habere hereditates sui patris. Si autem in nativitate
fuerit aliquis planetarum superiorum dominus Solis et
orientalis Soli et in domo anguli [sol sit] et in aliqua suarum [Mars (?) pater]
dignitatum et aliquod luminarium in domo anguli
aut in domo [vel in qua gaudet sol (?) patra (?)] liberi (?) sive in aliqua suarum dignitatum
in bono signo Scias quod erit rex in regno patris
sui aut in regno alterius. Sed si ambo luminaria
fuerint cadentia a suis dignitatibus et angulorum et
domini eorum fuerint cadentes ab angulis et fortuna
non fuerit in angulo aut in domo anguli Scias quod non
erit rex. Et si fuerit rex durabit tunc eo parum vel
non amittat ipsum. Si autem alterum luminarium fuerit

Infortune in 4ª malum
♄ in 4ª domo in dignitatibus suis
♄ in 7
♄ in 4ª in casu vel detrimento
♂ in casu vel detrimento suo in malo aspectu luminarium violenter tollit bona patrona
♄ in 1 vel 10 in domo vel exal:

Vnu' Luminare in dignitate alium cadens.

In angulo alium vero cadens ab angulo et dignitate sua aut dampnatum cum infortuna aut aliqua fortunatum non fuerit in angulo Significat quod nascitur erit rex natus Et si in natiuitate filij regis fuerint

Luminaria in bonis signis in angulis: ♃ in angulo

ambo luminaria in angulo aut in domo anguli in bonis signis et Jupiter in domo anguli Significat quod erit rex in regno patris sui Et si in natiuitate fuerit dominus quarti cadens a sua dignitate et in angulo et in coniunctione aut malo aspectu infortune et luminaria cadentia ab angulis et a suis dignitatibus Significat quod non habebit hereditatem patris et si eam habuerit erit propterea deheredatus Et si in natiuitate filij regis fuerint ambo luminaria in domibus aut exaltationibus suis aut transmutata in eis aut alterum in domo alterius alterum vero in exaltatione sua et alterum eorum in angulo natus erit rex in regno sui patris Similiter

planeta fortuna in quarto in sua dignitate libera a malis

in natiuitate nati fuerit aliqua fortunarum in domo quarta libera ab infortunijs et in aliqua suarum dignitatum significat nato hereditare hereditates sui patris aut lucrari magis, maxime si ipsa infortuna fuerit in bono aspectu luminarium Et vniuersaliter natura

Vnde venit bonum.

quod ex illa parte venit bonum nato de natura domus in qua fuerit quouis planeta sit in sua domo et exaltatione et in aliqua suarum dignitatum Et si

planeta extra suas dignitates in quarto Et si fuerit

in natiuitate fuerit planeta cadens a sua domo et in domo quarta natus non hereditabit hereditates sui patris

♄ et si habuerit eas vendet eas Et Saturnus cadens

♂ significat non hereditare et Mars cadens significat deheredari

☿ post quam habeat patrimonium Et Mercurius cadens significat remittere et remouere Et quando planete fuerint cadentes in natiuitate hominis in domo quarta significat natum deheredari causa talium rerum secundum quod dictum est natura planete cadentis qui est in domo quarta Et si in natiuitate

de adoptiuis filijs

planeta fuerit in quarta domo in sua exaltatione significat lucrari bona aut possidere per electionem aut quod alius dabit ei voluntarie aliquid sicut illi qui prefiliant a diuitibus carentibus filijs vel sicut illi qui eliguntur ad prelatos &c Et si in natiuitate fuerint fortune in coniunctione aut malo aspectu cum luminaribus aut aliqua infortunarum cum aliquo luminari

Et tale luminare aut infortuna dampnans eo fuerit
in domo quarta et alter eorum fuerit cadens significat
amittere regnum aut hereditatem sui patrimonii post hereditare
fecit eam vel acquirat eam in vita sua quod surgunt generationes
eum et non dimittent eum hereditare / significant si luminare
dampnatum aut infortuna dampnans eum fuerit in quarta
domo cadens a sua domo vel exaltacione Sed si unus illorum
fuerit cadens et alius in domo sua significat quod hereditabit
bona patris deinde amittet aut quod non hereditabit usque
mortis deinde recuperet ipsum obligacionem Si in nativitate
fuerit Saturnus et Sol in leone in domo quarta significat
hereditatem regnum deinde amittere ipsum Sed si Saturnus et
sol essent in aquario in domo quarta significat quod in principio non
hereditabit et quod in fine recuperet Adhuc eorum si fortune
sunt in suis dignitatibus in domo septima in nativitate
significat natum habere bonum in fine sicut si infortune
quando sunt in ascendente in nativitate significabunt bonum in
principio Et si in nativitate fuerit planeta in domo sua
in decima domo scias quod erit rex in regno suo patris Et si
ipse planeta fuerit fortuna aut luminare durabit multum tempus
et erit bonus rex Et si infortuna durabit parum et erit malus
rex Et si in nativitate fuerit planeta in sua exalta
cione in domo decima natus erit rex in regno alieno Et si ipse
planeta fuerit luminare aut fortuna regnabit cum bono et
durabit multum tempus regnum Sed si fuerit infortuna regna
bit cum malo et durabit parum tempus et dimittet eum
cum malo Et si in nativitate fuerit planeta in domo decima
qui sit in exaltacione aut domo sua significabit quod sit rex
potens per naturam potestatem ipsius planete maxime si ipse
planeta fuerit luminare Si autem in nativitate fuerit
fortuna cadens a sua dignitate in domo decima natus erit rex
tamen dimittet ipsum in fine suorum dierum Sed si in
nativitate filii regis fuerit Saturnus cadens a sua dignitate
in domo decima scias quod numquam regnabit Si vero mars fuerit
cadens in decima significat quod tollatur ei regnum vi Et secundum hoc
ita significant planete bonum vel malum in nativitatibus
secundum proprietates domorum quibus fuerint planete qui sunt cadentes
a suis dignitatibus aut in eis Et si in nativitate fue
rint Jupiter aut mars vel Sol dominus seu aliquis eorum dominus
signi ascendentis nativitatis ita quod Jupiter vel mars sunt

♄ . ☉ . in ♌ in X. vel in ♒

fortune in suis dignitatibus in domo { X / aste

planeta in sua domo vel exaltacione in X

fortuna cadens a dignitate in X

♄ cadens in X

♂

♃ . aut ♂ . aut ☉ . domini aste aut in aste in suis dignitatibus

In bono aspectu ascendentis vel solis vel si Jupiter aut sol
fuerint in ascendente in aliqua suarum dignitatum natus
erit fortis corporis et animi et omnes illi quibus fuit vel
in quorum nativitatibus fuerit. Sol in ascendente in ariete
aut leone erunt superbi multum et fortes animi et bellato-
res maximi si azaret fuerit in tercio solis in domo nona
quia tunc natus semper erit in guerra. Sed si saturnus
aut tamen aspexerit vel luna vel quilibet eorum fuerit
in ascendente vel in coniunctione solis natus erit masculus
et tollerans quod humidus Si autem azaret fuerit in ascendente
erit fortis sed tamen fortitudo eius erit varia et erit magis
defendendo quam fortis animi Si autem venus mercurius
aut luna fuerint domini in ascendente nati natus erit humidus
Sed si superiores planete vel aliquis eorum fuerit dominus
ascendentis natus erit fortis et audax Si autem in nativi-
tate regis fuerit Jupiter in domo martis in aspectu solis
aut sol in aspectu Jovis saturnique rex ipse erit valde iusti-
tus Sed si in nativitate regis fuerit mars in malo a-
spectu solis vel in eius transmutacione et quando tamen in
domo octava vel aliquis eorum in domo sua in domo
octava significat quod sit maximus interfector gencium et multum
crudelis in interficiendo Sed si in nativitate regis fuerit
saturnus in aspectu Jovis vel veneris significat ipsum fore
mortalis hominum et minimum iusticia maxime cum penitat
Et si in revolucione regis fuerit luna in
ascendente aut in domo decima in aliqua suarum dignitatum
in coniunctione aut bono aspectu fortune significat ipsum fac-
ere creaciones Si autem sol fuerit in ascendente luna vero in decima
vel sol in decima et luna in coniunctione aut bono
aspectu boni planete qui sit in aliqua suarum dignitatum
creaciones significant quod faciat creaciones in ipso anno Si
autem volueris scire quid ordinabit in magis [illegible]
revolucionem regis in ipso anno et videbis quid signi-
ficet consellacio eius in anno preterito si guerras aut
facere monetam aut constituere leges et ordinaciones aut
ponere subsidia in habitantibus in regno suo quia scias
quod fuerit consellacio revolucionis ita erit ordinacio
fienda in anno Et si in revolucione regis fuerit
luna in coniunctione malo aspectu aut transmutacione
azaret significat ipsum facere guerras in regno suo Sed si fuerit
Jupiter in domo azaret in bono aspectu aut transmutacione

☉ in asc. 1 ♈ ♌ superbi. bellatores. Magnanimi

♄. ☿. ☽

♂ in asc.

. ♀.

superiores in asc.

♃ in domo ♂ aut in aspectu ☉ iustos reges facit.

♂ in malo aspectu ☉ et aliquis eorum in 8 interfectores crudeles facit

♄ in aspectu ♃ aut ♀.

Nota quibus annis reges faciunt creaciones seu guerras consilia et quid erit stabilire

[illegible] sunt guerras: Lites, Monetam, Leges, subsidia regi prestanda

☽ in malo aspectu ♂ guerras

♃ in do° vel bono aspectu ♂ : ☿ as[illegible] [illegible] Monetam.

Cum Mars vel Mercurius vel cum Mercurio applicat Marti vel Saturno scias quod significat ipsum laborare multa in ipso anno Et si in revolutione regis fuerit Saturnus transmutatorum Marti scias quod significat ipsum ire ad pugnandum alios in ipso anno Si autem in revolutione fuerit coniunctio cum Luna vel coniunctione in coniunctione aut transmutacionis scias quod significat quod resistunt regis in curiis suis Sed si fuerint fortune in coniunctione bono aspectu aut transmutacionis lune aut in ascendente seu secunda domo significat quod ordinabunt quod habitatores regni dent subsidium regi   Et notandum quod tunc fiunt in civitate aut villa que habet relationem sue habitationis cum loco et gradu in quo fuerit luna in revolutione regis que revolutio designavit curias feudales   Notandum etiam quod est alius modus iudicandi quomodo filii habeant post mortem patris bona eius scilicet primarum aut aliarum habitum causa relationum quas habent in nativitatibus filii cum patribus aut cum consilio aut cum attinentibus suis aut cum quibuscumque aliis hominibus Accipies signum ascendens filii regis sive in in signo quo pater eius habuit luminare in sua nativitate vel si habuerit aliquam aliam bonam relationem cum eo in eo secundum relationem dictam Scias quod hereditabit regnum sui patris Si autem filius regis habuerit luminaria in signis quibus habuit ea pater eius et quod illorum fuit in angulo seu domo anguli Alterum vero in cadente ab angulo Scias quod possidebit post mortem patris regnum eius Et si signum ascendens filii regis fuerit ascendens nativitatis patris aut signum medii celi patris fuerit ascendens filii vel aliquam aliam habuerit bonam relationem cum eo Scias quod hereditabit regnum patris eius Etiam si signum ascendens filii regis fuerit ascendens nativitatis alicuius regis suorum predecessorum habebit regnum patris Et si signum ascendens filii regis fuerit ascendens na-
"aut ~~tivitatis alterius~~ filii regis "fuerit aliquis gradum qui fuerint in angulo in nativitate regis et habuerit aliquod luminarium in bono signo et in domo anguli Alterum vero non cadens a sua dignitate neque ab angulo scias quod possidebit post mortem regnum patris Et notandum quod ille qui habuerit fortiorem relationem cum regibus

Tu m est transmutatus ibit ad debellandum alios

Tu m 24 a 3 Regis

fortuna in co. a aspectu ☽ in asc vel 2a subsidia

Asc filii ubi pater habuit luminare vel fortuna

Luminaria in utriusque nativitate concordantia

sed asc utriusque aut signum x patris in asc filii

origo

Ex quibus probatur filiationem regis. Dicit quod ipse erat ex
Ego autem attigi tres filios cuiusdam regis quorum unusquisque
alium fuerunt reges in regno patris sui et nullus habuit
filium masculum qui hereditasset regnum. Vidi etiam alium
regem cuius tres filii primus fuit rex in regno suo patris
alii vero duo fuerunt electi reges in regnis alienis. Vidi
vidi alium regem habentem tria regna quorum cuique
filio dedit suum regnum. Et si in hora nativitatis filii
regis fuerit ascendens signum ascendentis in revolutione
mundi primo anni scilicet quando ingressus fuit sol in arietem
tale quod luminaria sint in angulo vel aliquis eorum
sua dignitate et non cadens ab angulo. Dicas quod erit potentissimus natus in regno suo patris et fama eius erit
expansa. Et si unum luminare fuerit in coniunctione
aut bono aspectu fortune erit rex pacificus et habebit
in terra sua sanitatem et pacem. Sed si tale luminare
fuerit in coniunctione aut malo aspectu fortune accidet
ei guerre et tempestates in suo regno in tempore suo.
Sed si in nativitate filii regis fuerit mars in ascendente
accident in regno suo cum ipse fuerit rex guerre tempestates grandiores. Sed si fuerit ibi saturnus accidit
tempestates et fames et alia multa in populo suo. Si
vero fuerit ibi mercurius accident mures glandes et maior
confusiones et tempestates. Et quando in revolutione regnum fuerint fortune in angulis vel bonis
aspectibus luminarium aut in eorum sui nativitatibus
aut in coniunctione lune aut in ascendente septima
vel quinta domo significat felicitatem. Si vero infortune
felicitatem et tempestates. Et si nativitates regum sit
bone veniet multa bona populo eorum dum ipsi sunt
reges et cetera. Similiter et in aliis principibus. Et si revolutiones regum fuerint bone multa bona super
veniunt populo in ipso anno et cetera. Et dixi quod
mutat sexta planetarum venenum sed natura
si homines ambulant a malis operibus et sentiunt fuerint
bona opera et intellectum. Et alii tangunt mala
que sunt adversus deum et naturam et rationem et sequuntur
voluntatem iterum intus deficiunt sexta bona quod
hominibus volunt se inmare neque volunt operari rationis naturam

Nota hic quod se preparare debet homo
ad celestes influxus suscipiendos

quod ascendens anni mundi est ascendens nativitate regis sit multum potens

Luminaria in aspectu fortunarum reges pacificos signat

♂

♄ in ascendente nativitate regis

☿

Bona constellatio in nativitate regis pro dicit populo mala nocet

Nota

Quare debent esse causa adiectis talium significatorum a celesti constellatione intelligitur quod bonum promissum licet ipsi dormiant veniet. Et si fuerint aliqui quibus dicitur quod in anno presenti debent habere multum panem et nolunt se preparare ad faciendum ea que tenentur quidem deus mittit bona temporalia et alii seminaverunt et ipsi quiescunt deinde quando ipsi seminant mutat deus bonum temporale et tunc alii habuerunt multum panem alii vero paucum et tunc fuit aliis bonus annus ipsis vero malus. Et secundum hoc ita est de hiis qui vadunt ad bellum scientes quod rex eorum debet vincere et mittunt se in maximo periculo et interficiuntur deinde reges eorum vincunt et ipsi moriuntur. Et secundum hoc aliquid fit secundum naturam ex parte celestis constellationis aliquid vero ex voluntate hominis et plurimum est ex parte voluntatis. Et deus omnipotens quod vult facit miracula supra cursum nature.

Item sexto in egritudinibus scilicet in quibus annis seu temporibus habebit natus infirmitates. — vide infra a

Respice in principio nativitatem nati. Et si fuerit aliqua infortunatarum in domo prima sexta aut octava scias quod natus erit egrotativus et lenis. Et adhuc si aliquod luminarium fuerit in aliqua istarum domorum in malo aspectu aut coniunctione infortune scias quod natus habebit infirmitatem perpetuam a qua [illegible] si in nativitate fuerit Saturnus aut Mars in domo sexta aut octava aut in ascendente et sine aspectu aliorum planetarum. Deinde si in revolucione sua anni si ipsa infortuna que fuit in nativitate fuit in aliquo angulorum in signa sexta aut octava in coniunctione aut malo aspectu alicuius luminarium scias quod significat ipsum habere in ipso anno infirmitatem. Et si in revolucione fuit aliquod luminarium in ascendente aut in sexta aut octava domo in coniunctione planete transeuntis cum luminari scias quod significat habere infirmitatem in ipso anno maxime si ipsum luminare fuit in aspectu infortune vel si ipsum luminare aut ipsa infortuna fuerint in nativitate in aliqua

Infortuna in 1 6 8

Luminare impeditum 1 6 8

In revolucione infortuna cum luminari que significabat egritudinem in nativitate

Luminare in 1 6 8 revolucionis

Infortuna revolucionis [?] egritudine si fuit in loco significante egritudinem in nativitate

Damnorum [?] perditorum. Et si infortuna que significat mor-
bum fuerit in gradu relaciavit (?) nativitatis, significat quod mor-
bus erit magnus et longus, maxime si ipsa infortuna
aut luminare dominans ipsum fuerit in gradu in quo

fortuna in revolucione in 1 6 8 damnat (?)

stetit aliquod eorum in nativitate secundum. Et si in revolucione
fuerit aliqua fortunarum in domo prima aut sexta aut
in octava in coniunctione, malo aspectu aut transmutacione
cum aliqua infortunarum, significat quod significat ipsum habere infir-
mitatem in ipso anno. Et si in revolucione fuerint infor-
tune transmutate aut in malo aspectu et una in ascendente
altera vero in sexta aut octava, significat quod significat malam in-
firmitatem et fedam, maxime si altera illarum fuit dominus
ascendentis in domo sexta aut octava aut coniunctior domus sexte
aut malo aspectu aut [?].   Et si in revolucione ipsius

Infortune in revolucione infirmitate et una in 6 altera significante in prima aut 8

domus ascendentis revolucionis in sexta aut 8 impedita

fuerit dominus ascendentis in sexta aut octava domo in coniunctione
alicuius luminarium et in malo aspectu aut transmutacione
alicuius infortune, significat quod significat morbum in ipso anno. Et

Anni mundi revolucio

si in revolucione Solis fuerit mala planeta in domo sexta
aut octava in malo aspectu aut transmutacione boni (?) ipsius
planete, significat quod significat eum incurrere (?) infirmitatem in ipso anno.   Et si
in revolucione Solis dominus ascendentis fuerit in malo aspe-
ctu aut transmutacione infortune et aliqua infortunarum
fuerit in domo prima sexta aut octava et in malo aspe-
ctu aut transmutacione luminarium aut fortune, significat quod significat
morbum in ipso anno et ipse infirmitatis aut morbi alicuius.

Luna in revolucione in signo quod fuit 6 vel 8 nativitatis infortunata aut coniuncta in transmutacione in malo.

Et si in revolucione fuerit luna in signo quod fuit
domus sexta nativitatis aut in domo octava nativitatis
aut si fuerit in coniunctione, aspectu malo aut trans-
mutacione cum infortuna aut cum planeta transmutato
cum infortuna, significat quod significat ipsum habere infirmitatem
in ipso anno, maxime si luna aut ipsa infortuna fuerint
in domo prima aut sexta aut octava revolucionis.

Ascendens revolucionis 6 8 nativitatis et fuit in transmutacione

Et si in revolucione fuerit signum ascendens signum quod fuit
in nativitate in domo sexta aut octava aut unum in
sexta aliud vero in octava in aspectu aut transmutacione
cum infortuna aut si infortuna fuerit in sexta aut
in octava in malo aspectu, coniunctione aut transmu-
tacione planete, significat quod significat ipsum habere morbum in ipso anno

Et si in revolutione fuerit infortuna in domo sexta aut octava nativitatis in coniunctione malo aspectu aut transmutatione luminaris aut fortune Et ipsa infortuna aut planeta qui fuerit in coniunctione aspectu aut transmutatione cum eo fuit in domo prima aut sexta aut octava revolutionis significat hec infirmitatem in ipso anno Et si in revolutione fuerit infortuna in domo prima sexta aut octava Et aspiciat luminare existens in aliqua istarum trium domorum in quocumque aspectu aut transmutatione cum eo significat morbum in ipso anno Et si in revolutione fuerint ambe infortune in ascendente sexta aut octava in quatione vel esse sciens quod significat malam infirmitatem in ipso anno maxime si infortune sint in signo quod fuit in nativitate vel in domo prima sexta aut octava Et si in revolutione alicuius fuerit infortuna in domo prima sexta aut octava transmutata cum alio istarum planeta existente in alia istarum trium domorum sciens quod significat morbum in ipso anno maxime si ipsa infortuna fuerit in ipsa revolutione in signo in quo fuit aliqua istarum domorum predictarum in nativitate.

Et si in revolutione dominus ascendentis sit dominus domus sexte aut octave et fuerit in coniunctione malo aspectu aut transmutatione infortune Et si ipse aut ipsa infortuna aspiciat malo ascendens aut planetam existentem in ipso sunt in sexta vel in octava aut si dominus sexte vel octave sit in malo aspectu ascendentis vel domini eius significat habere morbum in ipso anno Et si in revolutione dominus eius est in coniunctione malo aspectu aut transmutatione cum infortuna aut si dominus ascendentis et omnes fuerit infortuna sciens quod significat morbum in ipso anno Et si in revolutione dominus eius fuerit infortuna aut transmutatus in aspectu et fuerit in coniunctione aut malo aspectu seu transmutatione luminaris aut domini ascendentis revolutionis aut cum infortuna significat morbum in ipso anno Et si dominus eius revolutionis fuerit bonus et in ascendente revolutionis aut eius vel octave aut dominus ascendentis in domo sexta

alibi legi ascendentis

In revolutione infortune 1 6 8 Et aliquid luminare in aliqua illarum domorum ab eis aspectum

Ambe infortune 1 6 8 in signo quod fuit prima 6 a 8 nativitatis

In revolutione infortuna 1 6 8 transmutata cum planeta existente in aliqua harum domorum

In revolutione eius dominus ascendentis 6 8 Et si sit infortunatus aut infortunet aliquem in hiis locis aut ascendens infor.

Dominus 6te in malo aspectu infortune aut in transmutatione a domino ascendentis

Dominus 6te infortunatus in malo aspectu luminarium aut domini ascendentis.

Aut octava et quidam illorum fuerit infortuna aut in coniunctione vel malo aspectu seu transmutacione in ea significat morbum in ipso anno. Et si dominus ascendentis revolucionis fuerit in sexta et dominus sexte in prima et fuerint transmutati et quidam illorum sit infortunatus aut quod fuit ipsi in malo aspectu significat infirmitatem in ipso anno maxime si unum luminarium aut ambo aut dominus ascendentis vel sexte fuerint in coniunctione aspectu seu transmutacione infortune aut cum planeta transmutato cum infortuna. Et si in revolucione fuerit aliqua infortunarum in domo sexta aut octava et in coniunctione aut malo aspectu fortune vel luminaris significat si tamen ipsa fortuna aut luminare fuit in terminis infortune morbum in ipso anno. Et si fuerint in termino fortune significat quod sequitur amissionem laudum aut infamiam aut conturbacionem aut aliquod dampnum.

Et si in revolucione fuerit aliqua infortuna in domo sexta et in ipso anno coniungatur Sol cum ipsa infortunacione in gradu lune aut ascendentis nativitatis sue quod significat infirmitatem in ipso anno. Et si in die quo fuerit Sol in gradu ascendentis revolucionis aut in eius gradu lune infortuna coniungatur aut aspiciat malo aspectu significat morbum in ipso anno. Et si Sol fuerit lune dampnatus de una infortuna, luna vero de alia, significat has duas infirmitates que erunt secundum naturam dampnantis et dampnati. Et nam Mars cum Sole significat febres continuas / et luna cum Saturno significat inflacionem / Et Saturnus cum Mercurio significat [illegible] / Et Mercurius cum luna quotidianam / Mars vero cum Mercurio et Saturnus cum Iove ydropisim / Et Saturnus cum Sole epilensiam et quartanam / Mars vero cum Iove significat yctericiam / Et Mars cum luna significat impetiginem et pustulas / Mars et Venus cum ptisim / Et Saturnus cum Marte significat pestilenciam et apostemata et lepram et scabiem. Sed totum hoc est secundum proprietates signorum in quibus sunt planete dampnati ab infortunis. Et si in revolucione fuerit aliquod luminarium aut aliqua infortunarum in domo sexta et in ipso anno coniungatur ipse planeta cum Sole in gradu ascendentis vel lune

Dominus sexti in 1. dominus ascendentis in 6. alter eorum existens infortunatus aut impeditus

Infortuna in 6. 8. in coniunctione aut malo aspectu fortune aut in termino infortune aut in aspectu malo luminarium

♂ in ☉ Quas infirmitates planete sint
☽ in ♄
♄ in ☿ ☿ ☽
· ♄ · ♃ · ♂ ☿
♄ · ☉
♂ ♃
♂ ☽
♄ in ♂ ♂ ♀

Luminare aut infortuna in domo 6. coniuncti in gradu ascendentis aut lune natalis aut revolucionis

Natiuitatis aut reuolucionis significat morbum in ipso anno
Et si in natiuitate fuerit Sol in sexta in qualibet
anno quo fit sol in malo aspectu infortune aut in
eius transmutacione significat ipsum habere infirmitatem ma-
ximam si infortuna fuerit in natiuitate in ascendente
sexta vel octaua Vel si in natiuitate fuit Sol in octaua
infortuna vero in sexta tunc erit morbus maximus
Et si in reuolucione fuerit luna aut
dominus ascendentis transmutatus cum planetis
malis in gradu in quo fuit aliqua infortunarum in
natiuitate aut in signo quod fuit domus sexta natiuitatis
et in malo aspectu infortune significat morbum in ipso
anno de natura signi in quo est planeta maxime si
fuerit ibi transmutacio cum malis corpus illius qui
fuerunt in tali domo in natiuitate Et si in reuo-
lucione fuerint ambe infortune in ascendente aut in domo
sexta vel octaua Vel una in ascendente alia vero in
octaua aut Saturnus in sexta altera vero in octaua vel
una in sexta altera vero in ascendente aut dominus
ascendentis sit dominus domus sexte aut octaue fuerint in
coniunctione vel malo aspectu aut transmutacione infortune
vel quod ipsa infortuna sit etiam in sexta aut octaua
significat in ipso anno habere infirmitatem Et si in
natiuitate nati fuerit cauda in ascendente aut aliquis
alius planeta cum ea in quacumque alia domo fuerit
quod natus habebit emoroydes vel apostemata in anno
Et si in natiuitate fuerit Mercurius impeditus
cum aliqua infortuna natus habebit impedimentum
in lingua aut loquela Et si in natiuitate fuerit in-
fortuna cum capite draconis in domo sexta aut octaua
aut sol in ariete in coniunctione aut malo aspectu
infortune in aliqua istarum domorum natus habebit dolo-
rem pectoris aut morbum vel vulnus in capite
Et antiqui accipiebant ad profectionem anni nati
dantes cuilibet anno 30 gradus zodiaci incipiendo
a gradu ascendentis natiuitatis Et si in anno quo
contingat profectionem esse in signo in quo fuerit Sol
vel Luna aut aliquis dominorum domus prime in domo
sexta aut octaua aut in aspectu in coniunctione aut trans-
mutacione infortune aut planete transmutati cum

☉ in 6. in malo aspectu infortune et ante in 1. 6. 8. natiuitate

Ambe infortune in ascendente vel in sexta in domibus 1 6 8

☋ in ascendente vel cum alio planeta in aliqua domo

☋ emorroides apostemata

☿ in natiuitate impeditus lingue nocet

☊ in 6. aut 8. cum infortuna aut sol in ♈ ibidem in malo aspectu infortune dolor capitis lesio

De profectione Annua

Infortuna aut dominus sexte domus aut octave
profectionis si fuerit in domo prima profectionis
in coniunctione aut malo aspectu infortune aut
signum profectionis si fuerit in domo sexta aut octava
revolutionis significat quod sequitur morbum in ipso anno
Et morbus erit de natura planete infortunii facientis
dampnum aut planete transmutantis cum eo / Et si in re-
volutione fuerit signum profectionis vel dominus
eius in domo sexta aut octava aut in profectione
acciderit Sol aut dominus ascendentis revolutionis in
domo sexta aut octava significat quod sequitur morbum in
ipso anno maxime si malus planeta aspexerit
Solem aut Lunam aut fuerit in transmutatione
venie (?) illorum / Et si in anno in quo profectio ascendentis
pervenerit ad signa quibus sunt infortune in nativitate
vel ad malos earum aspectus et revolutio significaverit aliquid
modo dictorum significat quod in ipso anno egrotabit Et si
in profectione fuerit aliqua constellationum supradictarum
revolutionis significat quod sequitur grave (?) infirmitatem in
ipso anno Et notandum quod in anno quo profectio
ascendentis aut Solis vel Lune pervenerit ad signa que
in nativitate hominis fuerint in domo sexta aut octava
vel ad signa quibus fuerint in nativitate infortune
si constellatio fuerit aliqua supradictarum indicans signum
infirmitatem significat quod valde certificat morbum vel
mortem Et in anno quo directio Solis vel Lune aut
gradus ascendentis nativitatis pervenerit ad gradum alicuius
infortunarum aut ad malum eius aspectum et aliqua
annorum dictorum fuerit in revolutione aut in profectione
ipsius anni significat quod sequitur morbum Et quando directio
alicuius infortunarum aut fortunarum vel earum aspectuum (?)
pervenerit ad gradum luminarium et in revolutione ipsius
anni fuerit aliqua infortunarum in domo prima sexta
aut octava in malo aspectu luminarium aut infortune
aut si fuerit luminare aut fortuna in aliqua istarum
domorum aut una infortuna cum alia significat quod
sequitur morbum Et in anno quo pervenerit ~~directio~~

Profectio luminarium aut domini ascendentis ad 6 aut 8 domos

profectio ascendentis a domino (?) a luminarium ad infortunas vel radios earum

profectio ad signa et stellas radicis magis est efficax

Directio ☉ ☽ ascendentis ad infortunas

Directio alicuius stelle fixe de magnitudine prima de illis que sunt de natura Saturni aut Martis ad gradum seu ductionem infortunii vel luminaris aut infortunii et revolucionis eiusdem anni fuerit mala et profectio fuerit aliquo modo ducta dominus significat per signum longam infirmitatem in ipso anno. Et si in ipso anno fuerit revolucio mala mortalium [illegible] et pervenerit aliqua directio alicuius infortunii ad alium planetam significat quod morietur in ipso anno. — *Directio stelle fixe ad luminaria aliquis in malis constitutis* — *Mors.*

Et illi autem in quorum nativitatibus fuerint Venus aut Luna in [illegible] aut malo aspectu in Saturno aut Marte sunt leves ad infirmandum et dicuntur egrotativi. Et etiam illi qui habuerint infortunia in domo sexta aut planeta in malo aspectu aut transmutatione infortunii sunt etiam egrotativi et egrotabunt pluries de causis superioribus eius signis in revolucionibus infortunant. Et etiam si dominus ascendentis revolucionis fuerit dominus sexte aut octave illius significat morbum. Et homines habentes bonas nativitates non [illegible] infirmantur nisi maxime de causis. Et quando in nativitate fuerit aliqua infortunata in malo aspectu luminaris aut fortune et aliquis eorum fuerit in domo prima sexta aut octava significat morbum in membro aut membris super que significat signum in quo est ipsa infortuna aut planeta dampnatus qui est in sexta aut octava secundum naturam illius super quod testatur ipsa infortuna vel ipse bonus planeta dampnatus aut causa nature boni planete dampnati et hec infirmitas erit quasi perpetua aut durabit diu. — *quando ♄ in nativitate a ♂ in ♄* — *Infirmativi* — *Habentes infortunas in aspectu a 6.* — *Egrotativi* — *Causa de facili egrotant vel difficulter* — *In nativitate infortuna in aspectu luminarium malo a fortune in 1. 6. 8.*

Et illi in quorum nativitatibus fuerint Jupiter aut Sol in ascendente aut [redacted]decima domo in aliqua suarum dignitatum et liberi ab infortuniis aut Sol in aspectu Jovis semper erunt sani per totum tempus vite sue. Et fortune in domo prima sexta aut octava et liberi ab infortuniis in nativitate aut revolucione significant salutem et lucrum et eme indumenta et servos et lectum et mobilia domus pro tempore salutis aut morbi. — *☉ a ♃ in ascendente aut X sanitate.* — *fortune in 1. 6. 8. salute* — *sanitate*

Si autem volueris scire in quo mense ain

Mensis et dies egritudinis

Leuis morbus post diem revolutionis significatur
morbus respice in profectionis signo quod dictum in
tabulis et in mense et die quo intrat pervenit ad
infortunam significatur infirmitatem aut ad lunam et
seu fortunam dampnatum Item quod in die ipsius in-
fortunii incipit morbus. Et notandum quod cum infor-
tune sunt in terminis eorum aut una in termino
alterius significant infirmitates fortes et durabiles nec. Et

De terminis planetarum

♄ terminus
in terminis Saturni significatur infirmitates frigide
et ventositates et reumatici et gravamina. In terminis
♂ terminus
vero Martis morbi calidi et sicci colerici et acuti in-
♃ ♀ terminus
frequenter. Et in terminis Jovis : et Veneris : significantur morbi in membris
genitalibus aut per venereum aut per partum et sunt
☿ terminus
famulose et brevis temporis. Et in terminis Mercurii
significat terrea / aerea
significatur morbi humidi. Et in signis terreis significant
morbi sicci in aereis vero frigidi morbi. Et Saturnus
♄ in termino ♂
in termino Martis significat febres ethicas et mor-
♄ in suo termino
bos calidos cronicos. Et Saturnus in termino suo significat
infirmitates frigidas cronicas sicut aquaticas epi-
♂ in suo termino
lempsiam et ventositates et dolores. Mars in termino
♂ in termino ♄
suo significat febres colericas continuas et breves. Mars vero
in termino Saturni significat emitritas et febres mortales
♄ cum ♃
crudelissimas et longissimas. Et Saturnus cum Jove
♄ ♂
significat ydropisim. Et cum Marte significat scabiem et lepram
♄ ☉
Et Saturnus cum Sole significat quartanas et morbos
♄ ♀
frigidos et ventositates. Saturnus cum Venere significat in-
firmitates in membris genitalibus et apostemata in
♄ ☿
inguinibus et pustulas. Saturnus cum Mercurio significat
♄ ☽
quartanam et paralisim. Saturnus et luna significat in-
♂ ♃
flacionem. Mars cum Jove significat suffocationem et [illegible]
[illegible]. Et si participantur eis Saturnus et Mercurius significat
♂ ☉
tercianam aut quartanam. Mars et Sol significat febres
♂ ♀
acutas. Et Mars et Venus febrem ethicam [illegible]
♂ ☿
et Mercurius tercianam. Et Mars cum luna febrem
♂ ☽
☋ hic lumbrici
quottidianam aut effimeram. Cauda draconis significat
lumbricos ascarides et emoroydas. Et quando Saturnus
♄ ☋
est in cauda significat lumbricos et vermes. Et Mars
♂ ☋
cum cauda significat fluxum emoroydarum et significat

Lege hic diligenter

Planete infirmitates secundum proprietates earum et proprietates
signorum et domorum quibus sunt sicut mars in ariete
significat dolorem capitis Et Saturnus in leone dolorem
stomachi ex ventositate Et mars in pisce podagram et
in Sagittario artheticam Et Saturnus cum est cadens ab
angulo et sub terra in signo aquatico significat inflationem et
fluxum intestinorum Et quando est super terram in domo anguli
significat tremorem febrilem maxime quando fuerit in signo igneo
aut terreo Et quando est Saturnus in domo octava in ariete
in aspectu malo luminarium existentium in sexta aut luminare
quod sit in ariete in aspectu Saturni existentis in octava significat
epilensiam vel similia Et si ita sit Mars significat cephaleam
maxime si ita esset in nativitate quod hunc significaverint
super naturam tales infirmitates esse proprias Secundum
aut quod omnes infirmitates cronice significantur a Saturno
et furiose a marte Saturnus significat morbos frigidos et hu-
midos et fluxus intestinorum et repletiones et ventositates
et impedimenta Mars vero infirmitates [illegible] calidas
siccas acutas velocas et apostemata et putredines Et
[illegible] significat infirmitates frigidas et siccas
tremores spasmos et turbationes oculi Et secundum hec
potest intelligi que erunt infirmitates significate in re-
volutionibus aut ventura aut in profectionibus Et stolidus
erit ille vel proprie qui in nativitate sua habuerit aliquam
infortunatam in angulo aut malo aspectu solis nisi
aliqua fortunata sit in angulo aut aspectu luminarium
quia tunc stoliditas sua convertetur in discretionem
Etiam male loquens erit valde ille qui in nativitate
sua habuerit mercurium in malo signo aut coniunctione
aut malo aspectu infortune maxime si fuerit in
domo anguli nisi dirigat eum aliqua fortunarum
cum suo bono aspectu Et luxuriosus erit ille qui ha-
buerit venerem in malo aspectu infortune nisi aspi-
ciat eos Jupiter Etiam sunt et alie infirmitates proprie
que hereditantur in generatione que significantur mediantibus stellis
fixis de magnitudine prima aut secunda in quarum gradibus
sunt luminaria in nativitate hominis et quas significant
etiam planete in generatione sicut [illegible] et clandi et

♂ in ♈ capit
♄ in ♌
♂ in ♓ pod
♄ cadens sub terra in signo aqueo
♄ in angulo super terram in signo igneo aut terreo
♄ in ♈ in 8 et luminare in 6 ab eo impeditum vel e contra
Epilensia
Cephalea
♄ egritudines
♂ infectis
♄
Stolidus quis
Male locutivi [illegible] in verbis
Luxuriosus
Infirmitates hereditarie

Luminaria ambo a ♄ lesa. Cecitas

desiciunt in aliquo membrorum vel qui habet plura membra lesa opportet aut peiora et nam tractatum de illis causa sic prolongandi in tantum tamen quomodo vnusquisque si in tempore generationis aut natiuitatis ambo luminaria fuerint dampnata per coniunctionem aut malum aspectum Saturni aut stellarum separatum de humidis et secundum naturas erit cecus de nubibus in oculis Si vero fuerint ita dampnata a marte nato franget alter oculi Et si alterum luminarium sit dampnatum in generatione aut natiuitate natus amittet visum vnius oculi secundum proprietatem dampnatoris nisi Jupiter aut venus sint in bono aspectu ipsius luminaris dampnati Et dampnatur non solum in coniunctione perfecta luminaris sed per aut malo aspectu perfecto Et quod durabit diu, quod poterit determinare seu videre de proximo huiusmodi amittet visum vnius oculi aut amborum sed quod deteriorum est

Nota de processu infirmitatis

In principio egritudinis ☽ a sole separata applicans ♄

Si in die quo incepit egritudo fuerit luna recedens de sub radiis solis et Saturnum in malo aspectu lune iunxerit Scias quod morbus erit longus maxime si Sol aut Saturnus sint in gradu stelle fixe de magnitudine prima Si autem in ipsa incepit die fuerit

☽ applicans ♂

mars in malo aspectu luminaris si in principio egritudinis scias quod egritudo erit acuta et grauis et periculosa erit si fortuna sit in accessu mali aspectus

☽ septima die a principio egritudinis in loco ♄

infortune Et si luna fuerit in die septima febris reiterate in gradu quo fuit Saturnus in natiuitate aut per febricitantis non faciet visum tunc Et si sudauerit non erit et rursum cum illis recadinabit febris Et si luna fuerit in gradu martis

☽ in ♁ in ♂

remanebit tamen febris sua Et si luna fuerit

☽ die decima in infortunia

in coniunctione aut malo aspectu infortunii in die decima febriens remanebit cum infirmitate sua aut morietur in illa Et si luna fuerit in

☽ in ☍ ☉ in die decima

appositione Solis in die decima morbus erit comunis aut faciet recadinatum Et si luna fuerit in opposito

Solis dextro aut sinistro in die cretica crisis erit ☽ in □ ☉ in die cretica
bona et ad bonum. Sed si luna ingrediatur sub radijs ☽ intrans sub radios
Solis in die cretica febricitans morietur vel prolon-
gabitur morbus diu. Et si luna fuerit egrediens sub ☽ egrediens radios ☉
radio Solis in die cretica febricitans evadet bene
et mundificabitur a morbo suo. Et si in principio egritudinis
fuerit Sol in coniunctione vel opposito aut in malo aspectu ☉ in principio egritudinis in infortuna
etiam infortunii scias quod egritudo erit longa valde et
multum periculosa. Et si in principio egritudinis fuerit
luminare cum stella fixa de magnis de natura Saturni Luminaria in * fixis de natura ♄ et ♂
aut Martis scias quod egritudo erit longissima aut
gravissima et valde periculosa et maxima. Et si
luminare fuerit in alio aspectu stelle fixe de magnitudine
prima aut secunda crisis eius erit mala et periculosa
et prolongabitur morbus. Et notandum quod egritudines quae egritudines ☉ longe ☽ breves.
sequuntur Solem sunt longissime et quae sequuntur lunam sunt veloces
Et si in revolutione fuerit testificatio morbi Nota tempus incipiendi morbi
deinde in ipso anno incipiat existente aliquo luminari
in coniunctione aut malo aspectu infortune que
in revolutione testificat est morbum existente illa
infortuna in gradu relationis nativitatis vel re-
volutionis aut damnata in principio egritudinis. Et
scias quod per dominium solis testificantur infirmitates longe
et diuturne et per dominium lune innovantur infirmitates
velociter et breves. Et si in die cretica febris fuerit
luna cum luce in coniunctione aut malo aspectu lune aut
eius transumptionis fortune aut gradus relationis fortu-
ne nativitatis aut revolutionis ipsius anni scias quod
fuerit bonarum crisium. Sed si fuerit cum luce et cum
infortuna sicut dictum est in fortuna sequitur mala crisis
vel mortem. Ptolomeus vero dicit quando luna in- verbo xx
ceperit egritudo. Si luna fuerit in illo loco que fuit infortuna
in nativitate sua erit infirmitas gravis valde. Et si fuerit
aliqua infortunarum in illo loco erit debilius. Et si incipiat
egritudo quando luna fuit in loco quo fuit aliqua
fortunarum in nativitate aut in loco ad quem aspiciat
fortuna erit egritudo levissima si complexio infir-
mitatis non fuerit opposita complexioni illius fortune
et cum hoc debet inspici natura infirmitatis

Hali vero in commento huius sermonis ptolomei dicit quod iam ostendit nobis Galienus in libro de crisi in prima parte tercium hoc Et dicit quod medici indi appreciabant hoc quando volebant iudicare aliquem Et ptolomeus congregauit omnia hec Et dixit quod quando infortuna fuerit opposita infirmitati in complexione nocebit nimis Et si fortuna eciam fuerit apposita infirmitati proficiet nimis Et

Vbo. 44. ptolomeus dicit quod quando initium infirmitatis fuerit oppositum ascendenti natiuitatis et non fuerit ascendens reuolucionis eius anni ostendit quod egritudo erit magna et multum publicata Sed si in hora principii egritudinis fuerit ascendens signum ascendens natiuitatis aut reuolucionis eius anni ostendit quod infirmus euadet de sua infirmitate Et ptolomeus eciam dixit quod

Vbo. 60. termini infirmitatum sunt hore quibus apparet mutacio in egritudine in bono siue in malo in paruo tempore aut subito et illas dicit esse horas crisium quando scilicet luna fuerit in quarto signo sui circuli a loco quo fuit in hora principii egritudinis aut in opposito aut in tercio aut in quarto 2o aut quando reuertitur ad locum in quo fuit in principio egritudinis et alie hore eciam signate super istas sunt quando luna est in [illegible] sui circuli que sunt loca consistencia inter angulos circuli lune si infirmitas sit secundum naturam et non impediat eam aliquid aliud contrarium Et si inuenerit fortunas aut aliquas stellas fixas suarum naturarum in istis locis significat bonam mutacionem crisis ad salutem Et si sibi fuerit aliqua infortunarum ostendit malum aut periculum nisi sit ipsa infortuna opposita in commixtione cum infirmitate Sed quando luna fuerit domina in istis [illegible] ostendit infirmitatem de natura calida Et si fuerit ibi Sol ostendit infirmitatem prolongatam . et quelibet stella [illegible] ibi dabit naturam suam

Capitulum septimum in [illegible]

5 [illegible] quod omnes illi qui habent in natiuitatibus suis ascendencia in signis piscium aut

Asce [illegible] aut in non [illegible]

Virginis laut venus existens sub radijs solis in malo aspectu Saturni et Saturnus in angulo vel nunquam uxorabuntur sed poterunt habere appetitum in mulieres et coniugia seu concubinatus Hanc autem mulierum sunt feminei quod ipsi habent relationem nativitatum suarum cum nativitatibus eorum Et si in nativitate fuerit venus planeta in domo septima in aliqua suarum dignitatum aut signum septimum fuit domus boni planete natus erit bene coniugatus ~~maxime fortuna quit [illegible]~~ Sed si fuerit contra male coniugabit hoc intelligitur si fuerit coniugendus seu virginis

Et quando dominus ascendentis fuit planeta femininus et in malo aspectu domini septimi natus non separabit et si uxorem habuerit erit male coniugatus maxime si aliquis eorum fuerit sub radiis solis

Si autem vis scire qui viri debeant quas habere uxores de uxorandis aspicias qui sunt habentes idem signum pro ascendente sicut arietem aut taurum et tales mutabiles sunt coniugi legitime aut alter Et etiam illi quorum venus habuerit pro ascendente revolutionis signum nativitatis alterius ita quod domus sue revolutionis sit maior eorum coniungitur et dicitur esse Item si habuerint luminaria in eisdem signis quomodo modo sunt vir et uxor maxime si habuerint revolutionem luminarium in eisdem gradibus aut prope unum cum altero vel si utrumque natus habuerit in nativitate pro ascendente signum quod sit in trino aut sextili aut oppositio signi ascendentis primi nati et quod in revolutionibus eorum sit ascendens idem signum

Et homines qui habuerint venerem in suis nativitatibus in gradibus mulieris aut habuerint solem aut Iovem etiam in eisdem aut in gradibus qui sunt in sextili aut in trino eorum locos Vel quod habeant aliquas alias relationes luminarium in suis signis quod sint in eisdem locis sicut sol et umbra sole alterius vel quod habeant luminaria in suis signis vel quod sint transmutata in nativitate alterius

videntur sunt concordes luminarium inter utrasque nativitates

Quod sub radijs in malo aspectu ...

In [illegible] de fortuna aut domus [illegible]

dominus ascendentis planeta femininus in malo aspectu domini [illegible]

Qui possunt bene coniugari quorum idem ascendens

cum fuerit idem ascendens in ascendente revolutionis feminae ...

Luminaria in eisdem locis

Quod viri in loco veneris et Iovis mulieris ... in concordia bonis aspectibus

[illegible]

Scias quod hii coniugabunt ut dictum est Et secundum
hoc si habuerint aliquas bonas relaciones in natiuita-
tibus suis aut de natiuitate ultimi nati cum ascendente
et planetis reuolucionis anni huius nati Si tu

Nota si reuolucio non affirmat non coniungentur

autem scire vis quo anno debeat coniungi cum
tali muliere/ aspicias reuoluciones eorum ambos/
si in tali anno attribuant eis planete coniugi-
um/ si fuerit Scias quod in tali anno coniungentur
Si vero non concordauerint per totum tempus suarum
vitarum in reuolucionibus suis nunquam coniungentur
licet habeant per plurimas relaciones Si autem

In reuolucionibus que significant coniugium

vis scire que constellaciones significant coniugium in reuolu-
cionibus/ aspicias primo signum ascendens reuolucionis
Et si fuerit thaurus cancer uel libra aut piscis/ aut

Ascendens reuolucionis sit coniugium ♉ ♋ ♎ ♓

♂ ♃ ☉ ☽ ☿ ♀

si venus sit in coniunctione Solis Jouis aut lune
aut mercurii in ascendente quinta aut septima
in bono aspectu alterius planete Scias quod significat con-
iugium in ipso anno/ maxime si fuerit venus in
bono aspectu aut coniunctione fortune libera ab infor-
tuniis vel domina ascendentis Et si aliquod lu-

Luminare infortunatum cum ♀ in 1. 5. 7 et dominus ascendentis in 7.

minarium fuerit in coniunctione fortune transferentis
cum venere Et si ipsum luminare aut venus fuerint
in domo prima quinta aut septima / Et signum ascendens
reuolucionis fuerit aliquod habilitatorum ad matrimonium ~~aut~~
sit ~~venus fuerit domina~~ in huius coniugio/ Et dominus
ascendentis sit in septima aut lx scias quod significatur
in tali anno coniungi Et si dominum luminarium
fuerit in coniunctione planete qui sit dominus veneris
et ipsum luminare aut venus fuerint in aliqua
habilitate domorum/ Et signum ascendens fuerit aliquod
signum predictorum /aut si venus fuerit domina

♀ domina domus ascendentis sit coniugium

Signum 7 natiuitatis in ascendente reuolucionis

domus ascendentis Scias quod significat ipsum coniungi in
tali anno/ Et adhuc si fuerit ascendens signum ascendens
natiuitatis aut signum quod fuit domus septima
natiuitatis Et si venus fuerit domina ascendentis
aut septime et fuerit in coniunctione aut bono
aspectu domini ascendentis vel septime ipsa coniungi

In domo angeli aut quinta signi coniugii in
illo anno maxime si luna fuerit in coniunctione
Solis Jouis aut veneris aut venus in coniunctione
Solis Jouis aut mercurii In ascendente uel aut in
quinta aut in septima aut si bonus planeta aspi
ciat bene ipsos planetas coniunctos qui sunt in
in aliqua istarum domorum   Et notandum quod   Coniugium
illi concubinant quorum ascendens mulieris est
domus quinta vel fuit undecima in suis nati
uitatibus aut in natiuitate viri et reuolucionem alter
sicut paulo ante dictum fuit in parte huius capituli
in reuolucionibus et quod habeant relacionem coniungendo
aut Jouis aut veneris aut suorum bonorum aspectuum
in suis natiuitatibus et quod in suis reuolucionibus
in anno quo sit venus transmutata in Martem a
num Jouis aut in coniunctione alicuius eorum similiter
in eo anno concubinant   Et si in reuolu   ☌ ♀ in uts vxa
cione viri fuerit venus in coniunctione lune in ascen   ☽ ♉ ♃ ♋ ♎ ♓
dente aut in septima domo aut in coniunctione Jouis
aut in Tauro Cancro libra pisces Sequitur quod signi
coniugium in ipso anno Et si sic fuerit in quinta
sequitur sponsalia   Et si in reuolucione mu   ☌ ♀ ☽ ♃
lieris fuerit venus aut luna in coniunctione Jouis
aut in aliqua domorum dictarum et aliquid signorum
predictorum sequitur coniugium in ipso anno Et adhuc
si fuerint isti planete in coniunctione in aliqua
istarum domorum sicut dixi licet non sint in aliquo
istorum signorum sequitur coniugium Sed talia coniugia ut
non erunt bona aut erunt sine honore et dimissa
paupertina aut vilia secundum naturam signi in quo sit et
quia venus in domibus martis aut Saturni ma   ♀ in domibus ♂ ♄ est male
gis testatur super meretricum adulteria et famam vilem
quam super alia coniugia   Et si in reuolucione
fuerit ascendens Taurus Cancer libra aut pisces
Et fuerint Sol vel luna Jupiter aut venus in
domibus aut exaltacionibus suis in domo quinta Et si in
in ipso anno coniungatur verum in ipso similiter quod fuit in domo

Quinta in coniugalis aut in gradu ascendentis
nativitatis. Certe per tales coniunctiones significat sponsalia
in eo anno maxime si venus fuerit in quinta
revolucionis in domo aut exaltacione sua aut si
coniungantur iupiter et venus in aliquo graduum
predictorum equaliter in revolucione vel predixi. Et
si in revolucione fuerit ascendens aliquod signorum
predictorum et luna fuerit in coniunctione planete
in domo quinta et luna aut ipse planeta fuerit in
domo aut exaltacione sua aut si venus fuerit
in quinta in domo aut exaltacione sua in coniunctione
planete significat sponsalia maxime si in ipso anno re-
volucionis fuerit bonus planeta in ascendente aut
♃ ☌ ♀ in ♉ ♋ ♎ ♓ in do 1 4 7 septima. Et quando in revolucione fuerit thaurus
cancer libra aut pisces in ascendente quinta aut septima
aut duo fortune fuerint in aliquo istorum signorum
vel istorum dominus in aliquo istorum signorum significat
sponsalia aut coniugium in eo anno maxime si
venus fuerit in ascendente aut in coniunctione bono
Filij aspectu alicuius planete aut ascendentis aut domini domus
ascendentis. Et notandum quod omnes illi in quorum
☌ ♀ ☽ nativitatibus fuerit luna in coniunctione veneris non qualita-
tem quod sunt viri quam femine. Et si in nativitate alicuius
♀ in malo aspectu ♄ fuerit venus in malo aspectu infortune presertim sa-
turni et saturnus in malo aspectu lune. Certe quod
natus non habebit filios. Sed si fuerit ita in malo
♂ aspectu martis natus habebit filios sed morientur in
infancia aut morientur postquam orientur filij. Et
si in nativitate fuerit venus in quinta in coniunctione
martis aut saturni sine in bono aspectu alicuius
planete aut in malo aspectu infortune natus
non habebit filios et si eos habuerit illico morientur
♀ ☐ ☍ ☌ ♄ ☿ Et si in nativitate fuerit venus in malo aspectu
saturni aut in coniunctione mercurii aut in coniunctione
coniugunque illorum et malo aspectu lune natus non
habebit filios. Et si eos habuerit vivent parum
ipse et illi scilicet ipse et filii propriis ipsi orientur. Et
♄ ♂ aufert filios Saturnus tollit filios martis vero interficit eos maxime

Cum Saturnus est in opposito Solis / Mars vero Lune
Sed quando luminare dampnat ab infortuna nam
aufert filios nisi quando aliquis benivolus est in domo 5
Et quando Venus infortunatur a luna Saturno aut
Marte vero in quarumque domo in aliquo malorum
predictorum natus nam generabit / et filios generabit
paucos et viuent paucum / Et quando quinta pars
natus fuerit alius inuentum qui in ipsius natus fuerat
Et si in natiuitate fuerit Venus in domo septima ♀ in 7a sub radiis ☉ et ♄ in ♍
sub radiis Solis et in malo aspectu Saturni natus nunquam
habebit vxorem maxime si fuerit Venus in virgine
aut in domo Saturni

Iam articulum in bellis guerris et particionibus

Circa quod bella seu guerre nam accidunt in
regibus et maioribus principibus gentium
Sed quidam nunquam aliorum bene est accidit alium alius
habitum Et ideo ad sciendum bella seu guerras oportet scire
natiuitates et reuolutiones regum seu dominorum terre
Et si in natiuitate regis fuerit Mars in nona ♂ in ☐ vel △ ☉
aut sextili Solis aut aliquis benivolus sit in ascendente
aut septima in aliqua suarum dignitatum ipse rex
seu princeps erit bellator et pugnator iratus et dominus
alienorum Et si in natiuitate regis aut in
principio fuerit Marte in bono aspectu lune aut in
ascendente vel septima aut aliquis bonus in aliqua
suarum dignitatum vassalli ipsius regis aut principis
sustentabunt continue prelia et guerras Et illi qui
sunt marchiani sui vincent eos et timebunt eos vel acquirent
semper Et si in natiuitate fuerit luna in com
bustione aut malo aspectu cum Sole Et tunc alii ☽ in ☌ ☉ aut ☍ ♂
reges seu principes venient super ipsum regem aut prin
cipem cuius est natiuitas et expugnabunt eum et vincent
et interficient eum aut confiscabunt dominia sua et
accipient ea Et si in natiuitate fuerit luna ☽ ☌ ♂
in combustione aut malo aspectu cum Marte Et tunc
quod semper habebunt guerras vassalli eius cum populo
suo toto tempore vite sue Et alii homines venient

Adhuc eius ad confirmandam terram suam et mittet
populos suos et vincentur et depredabunt ab inimicis
Q7o suis. Et si in nativitate regis fuerit Sol infortu-
natus cum Marte et sibi malo aspectu eius vel fuerit
receptus a Marte aut Sol vel Luna in aliqua suarum
dignitatum aut in angulo scias quod ipse vincet dominus
et pugnabit terras alienas et vincet multa proelia.
Si Sol fuerit male receptus a Marte fugiet relegatus
a suo dominio per terra et vincetur in bello et mittetur in
vas. Si autem in nativitate eius fuerit luna
recepta a Marte numquam vincet super ipsum hominem
et accipient dominium suum regni. Et si ipse fuerit im-
pugnator aliorum vincet eorum alios. Et ista bella
seu proelia contingent in annis quando in revolucionibus
istorum duorum fuerit Mars in domo anguli in coniunctione
aspectu aut transmutatione alicuius luminarium aut
receptus a luminari aut luminare receptum ab eo. Et si
o d m. h. in nativitate fuerit Mars infortunatus Saturno
aut in aspectu eius natus habebit guerras cum
inimicis legis sue. Et illi qui in nativitatibus suis
habuerint Saturnum et Martem in coniunctione cum
Sole cum Saturno erunt inimici inimicorum legis
aut alienigenarum. Et si in nativitate fuerint
Saturnus et Mars in coniunctione aut in aspectu
et luminaria in angulis et in suis dignitatibus
ipse dux vel rex vincet inimicos legis et pugnabit
eos. Sed si luminaria fuerint cadentia ab angulo
aut a suis dignitatibus aut malo aspectu coniunctione
aut transmutatione infortunii et fortune aut alicuius
eorum in angulo scias quod fugiet vincetur ab inimicis
aut quod inimici ingredientur patriam suam. Et parata
sunt bella illis principibus in quorum nativitatibus
Mars fuerit in domo septima aut in malo aspectu
coniunctione seu transmutatione luminarium aut in
angulo pro annis in quorum revolucionibus fuerit Mars
in coniunctione aspectu seu transmutatione luminarium
maxime si tunc fuerit aliquod luminarium et Mars in domo
septima. Et victores erunt qui habuerint luminaria
in septima aut in domo anguli in aliqua suarum

Dignitatum, aut in domo letitie sue aut in bono
aspectu cum fortunis aut versa fortuna cum alia aut
martem in bono aspectu luminarium et alii erunt
victi in quorum nativitatibus fuerint luminaria ca-
dentia ab angulis et a suis dignitatibus aut in co-
niunctione malo aspectu seu mala receptione cum
infortuniis aut in domibus suarum contrariarum aut
infortunat in coniunctione adinvice in domo succe-
denti angulo   Et quando visa fuerit stella

Cometa

cadens aut cometa apud martem aut de colore martis
apud grad(us) Solis aut lune aut ascendentis nativitatis
regis aut principis Scias quod venient multa bella ad-
versus ipsum regem et destruent dominium suum et interficient
regem ipsum et populos eius et destruent totum dominium
eius   Et quando visa fuerit stella cadens aut
cometa apud Saturnum vel de colore Saturni circa gradus
Solis lune aut ascendentis nativitatis regis Scias quod
veniet fames mortalitas in regno ipsius domini aut prin-
cipis et venient inimici regis contra ipsum regem et pu-
gnabunt eum et destruent regnum eius Et quando talia
apparuerint in signo ascendentis nativitatis regis mor-
talitates venient in potentibus terre ipsius regis et
morietur rex ipse   Et maxima excidia et maxime
destructiones terrarum accidunt quando nativitates aut revo-
lutiones regum seu principum fuerint aliquo modo
debilitate, Quia si in nativitate regis fuerit mars
in aspectu luminarium aut in angulo aut in domo prima
vel septima in bono aspectu Solis Scias quod faciet
ipsum vincere bellum in ipso anno Sed si mars fuerit
in malo aspectu vel in coniunctione Solis Scias quod faciet
ipsum tunc bellum perdere   Et si in revolutione regis
fuerit mars infortunatus cum Sole et ipsi sint in signis
bonis aspectibus se invicem et alter illorum sit in decima
aut duodecima ipse ergo rex mancipabit aliquem
principes aut alios reges vel alios nobiles homines
Sed si ipsi sint in signis habentibus malum aspectum

Et transmutatur et in domibus predictis. Sciatis quod alii man-
cipabunt ipsum regem ipso anno. Et si in revolu-
tione regis fuerit mars in domo secunda aut sexta in
bono aspectu solis sciatis quod ipse rex faciet insidias
alicui alii nobili et interficiet aut mancipabit
ipsum in ipso anno. Et si in nativitate regis fuit
Sol in ariete aut leone et mars fuerit in coniunctione
eius in revolutione in domo decima aut duodecima
aut prima sciatis quod in ipso anno erit rex mancipatus
ipse ab aliquibus hominibus aut in potestate hominum traditorum
qui mancipabunt eum intra domum suam aut de-
tinebunt ipsum oppressum in domo aut castello suo. Et no-
tandum quod maxima mala non accidunt nisi illis in quorum
nativitatibus fuerit mars aut saturnus aut angulo
coniunctione aut malo aspectu solis et lune. Et si
in revolutione solis regis fuerit luna in coniunctione
aut malo aspectu oppositionis martis in domo prima aut
septima sciatis quod sic gentes ipsius regis pugnabunt cum
gentibus alterius regis et vincent gentes ipsius
regis alias. Sed si sic esset luna in malo aspectu martis
et cadens ab angulo et sua dignitate gentes ipsius
regis litigabunt et vincentur. Et lites et prelia que fiunt
fiunt inter homines alios scilicet inter altos aut inter pauperes
cum pauperibus secundum genus nati et secundum nativitatem
et revolutionem suam et qualitatem corporis sui et
temperamentum sui [?] et erit hoc naturale intervenientibus in
vita sua et cum magna voluntate aut raro et per
accidens secundum proprietatem constellationum nativitatis nati.
Quare si in nativitate nati fuerit mars in angulo
aut in aspectu coniunctione seu transmutatione
luminarium sciatis quod natus preparabitur ad lites et prelia.
Quare quomodocumque coniunctione aspectu aut transmu-
tatione quam habeat mars cum quocumque ipsorum
aut aliquis eorum sit in angulo in suis revolutionibus
ipsius hominis aut in ventura eorum illud signum [?]
ipsum habere lites et bella secundum proprietates constellationis
nativitatis. Sed hominibus in quorum nativitatibus non

fuerit mars aliquo dictorum modorum et in suis re-
volucionibus fuerit mars in coniunctione aspectu aut
transmutacione non significat lites malas nisi parvas
et que non videantur Et illis in quorum nativitatibus
fuerit mars in angulo in coniunctione aspectu aut
transmutacione luminaris si in revolucione eius fuit
mars in malo aspectu Solis significat litem ipsum habere
ipso anno cum alia persona Sed si fuerit mars in
coniunctione aut malo aspectu lune in revolucione
Scias quod significat contenciones verborum cum parvis
personis quia lites sunt martis cum Sole con-
tenciones vero martis cum luna Et mars cum Satur-
no significat iterum in coniunctione aut malo aspectu lites
seu contenciones verborum et tempore suspiciones et per-
cussiones et vulnera et fluxum sanguinis

Verum si in nativitate fuerit mars
in coniunctione aut aspectu aut transmutacione lu-
minaris aut in angulo Scias quod exigent ei multa prelia
et tempestates in suo regno aut dominio in vita
sua per quamcumque coniunctionem aspectum aut transmu-
tacionem quam habet mars cum quocumque
planeta in suis revolucionibus et venit Et si in re-
volucione alicuius regis fuerit mars in malo aspectu
Solis Scias quod significat litem aut bellum nisi Jupiter
vel Venus sint in septima domo quia tunc significat
pacificacionem litis Et si essent mars et Sol in
coniunctione aut opposito et Jupiter aspiciens ambos bono
aspectu significat tunc concordiam litis Sed si mars aspi-
ciat Solem et non Saturnum et Jupiter aspiciat Solem bono
aspectu et non martem Scias quod hoc significat concordiam
cum aliis et litem cum aliis Et si mars aspexerit Solem
bono aspectu significat ipsum regem vincere suos contrarios
Et si mars esset in coniunctione Solis aut in eius malo
aspectu significat ipsum regem vinci a suis contrariis Et si mars
aspiciat Solem bene Saturnum vero lunam vel male
significat vincere quosdam et vinci a quibusdam Verum

Si mars aspiciat male solem Jovem Saturnum
aut lunam male signat venire a quibusdam
deinde venire alias maxime si mars fuerit in
ascendente aut septima aut Sol aut planeta
qui aspicit eum. Et si mars fuerit in revolu-
tione aut transmutatione Solis et ambo sunt in
malo aspectu signat ipsum regem pugnari et man-
cipari. Si autem ipsi sunt in bono aspectu signat quod
ipse mancipet alios maxime si mars fuerit
in domo anguli aut in quadratura. Et si mars
fuerit in coniunctione aut transmutatione lune ac
dominus illorum in domo nona aut decima aut
ambo in revolutione Solis quod signat ipsum regem in hac
guerras aut quod alii reges intrabunt terminos eius
aut pugnabunt eum in aliquo oppido aut civitate.
Et si in revolutione regis fuerit mars in
malo aspectu lune signat quod alii sunt populos suos
et faciant damnum in illis. Sed si mars fuerit in bono
aspectu lune signat quod gentes sue invadent alios et opprimant
eos maxime quando luna fuerit in domo anguli aut
in aliqua suarum dignitatum aut cum fortuna in bono
aspectu lune. Sed quando luna est in domo martis
aut in eius transmutatione coniunctione aut malo
aspectu signat gentes ipsius regis spoliari pugnari et
mancipari a suis inimicis maxime quando luna
fuerit in ascendente aut septima aut mars in
coniunctione aspectu aut transmutatione Solis signat
opus in persona regis. Et mars in revolutione regis
in coniunctione aspectu aut transmutatione lune signat
opus in gente aut societate regis. Sed si ita esset in
revolutione alicuius domini alicuius populi signat opus in
suo corpore aut cum suo corpore. Et adhuc luna in
coniunctione martis in revolutione regis signat ipsum
regem habere gravem guerram quam faciet in ipso alii. Et si luna
fuerit in domo martis signat quod intrabunt alii in regno
suo maxime si luna aut mars fuerint in domo septima

Nona decima aut duodecima Anno si
in revolutione regis fuerit mars in transmutatione
Saturni significat ipsum regem pugnare initiatus legis aut
circumdare castra eorum Et si fuerint fortune in
coniunctione aut bona domo aut in ascendente vel
domo secunda seu in coniunctione vel bono aspectu luminarium
obtinebit rex ipse castrum aut vallum quam circumdederit et pugnaverit Et si in nativitate regis non
fuerit mars in angulo coniunctione nec aspectu neque
transmutatione luminarium licet in suis revolutionibus
sit in angulo coniunctione aspectu seu transmutatione
luminaris seu fortune non significat liber neque bella
nominanda Sed potest significare egritudines morbos amissiones
aut alia mala seu occasiones naturales Unde ptholomeus
dicit Planete non operantur rem quando non permittit
eam Ergo si mars non permittit aliquid in nativitate sua homini in revolutionibus eius non significabit
nisi suas malas et debiles proprietates sicut mala sedicia
ut infirmitates Et si in nativitate alicuius
aut in aliqua eius revolutione fuerit mars in coniunctione malo aspectu aut transmutatione cuiusque
amborum luminarium aut ambarum fortunarum significat
amissionem malum de aqua et igne accipietur ei vel
aut furto Et significat superari aut spoliari aut extrahetur a
[illegible] et maxima damna adversa que non potest
satisfacere Sed si fuerit mars cum fortunis aut
luminaribus in bono aspectu significat malum et amissionem
super quod poterit homo ponere diligentiam et curam
sicut vincere aut lucrari in labore et depredari et furari
spoliare et superbire nisi quia secundum plurimum boni aspectus
cum Jovis et Veneris cum marte sunt hec que aspiciunt
male alteri alteri significat amiciciam et concordiam nisi
quando que sunt ita in ascendente aut in secunda domo
significat lucrum de mala parte Et quando in revolutione alicuius
fuerit mars in angulo sine coniunctione aspectu
aut transmutatione aut in ascendente significat morbum
naturalem de natura eius aut arma vel res suarum proprietatum
aut indigentiam malorum aut operum nature sue Et si
in ventura regis fuerit mars in coniunctione Sol

Aut in oppositione lune aut Jovis sciatis quod significat ipsum
habere bellum Et si sol sit in gradu relationis sciatis quod
malum veniet ei et eos maximum si sol fuerit tunc
in gradu solis aut lune aut Jovis naturalis ipsius
quia tunc significat quod ipse rex mancipabitur aut morietur
vel preveniatur in ipso bello Aut si sol vel luna aut
sol et Jupiter fuerint in coniunctione in gradu relationis
vel prope usque in decem gradibus Si autem
Mars fuerit in bono aspectu solis sciatis quod significat litem
aut bellum habere ipsum regem et vincet inimicos
suos et totum malum permanebit in eis Et si sol
fuerit in gradu relationis et Saturnus vel Jupiter fue-
rint aut luna in oppositione solis et Mars approximat bis
solem. Sciatis quod significat habere eum litem et vincet inimicos
suos et malum manebit in eis Et si Mars fuerit
in coniunctione cum sole in gradu relationis et Saturnus
et Jupiter et luna fuerint in oppositione solis Aut si
Mars fuerit in oppositione solis et sol in gradu rela-
tionis in coniunctione Saturni aut Jovis aut lune
aut luna in coniunctione Martis aut in quadrato solis
aut Martis significat bellum quod habebit ipse rex in eodem
anno et pugnare inimicos suos et vincet eum ab eis
vel mortalitas aut damnum erit in gente ipsius regis
Si autem fuerit Saturnus in coniunctione
solis in gradu relationis Martis aut in oppositione illorum
significat facere litem cum inimicis fidei et vincet ab eis Et si
fuerit Saturnus in oppositione sol quando sol fuerit in gradu
relationis debebit quod ipse rex pugnet inimicos fidei
et vincatur ab eis Si autem in die quo fuerit sol in
gradu relationis Saturnus et Mars fuerint in quarto
aut bono aspectu solis sciatis quod significat ipsum regem habere
lites cum inimicis fidei et vincet eos Et possibile
est quod inveniant isti modi et quod sint aliqui illorum
planetarum in coniunctione aut aspectu Martis aut
cum aliquo luminarium diversi quare diversificantur
iudicia horum. Sed quando ita fuerint planete significant
talia sicut dixi licet alii planete si sint ibi post initium
belli significant armoniam et concordiam aut lucrum a
antiquissimis aut talibus similibus horum

Et si in natiuitate aut reuolucione regis fuerit aliqua
planeta dominus super annum et hoc quia habet plures
dignitates et talis planeta fuerit infortunatus et aliquis
infortunatorum fuerit cum ea in coniunctione aut aspectu sciatis
quod inimici ipsius regis venient super eum et inuadent
regnum suum Et si ipsa infortuna fuerit Saturnus inimici
erunt inimici fidei Et si fuerit mars erunt de sua propria
lege Et si ipse rex habuerit natiuitatem que signat ipsum amittere
regnum et accidat ei talis constellacio in reuolucione sua
aut ventura sciatis quod inimici tunc accipient regnum suum
et destruent ipsum Et nota quod infortuna signat tollere regnum
vi aut spoliacione et fortune auferunt amorem aut amiciciam
aut bonitate sicut amplius dicam Iterum si in reuolu-
cione fuerit infortuna in malo aspectu planete potentis in
natiuitate et sine bono aspectu fortune et natiuitas regis
fuerit mala sciatis quod in ipso anno amittet regnum aut
mandatum partem illius Et quando aliquis planeta
fuerit in domo aut exaltacione sua in coniunctione martis
in signo ascendente natiuitatis regis aut principis aut
sue reuolucionis sciatis quod ipse rex aut dux precipitetur
a dominio aut regno suo vi aut amittet mandatum partem
eius aut destruetur regnum eius ense Et si tunc fuerit mars
cadens venient super ipsum gentes extranee de inimicis suis
et destruent regnum suum Et si fuerit Saturnus sicut
dictum est de marte sciatis quod ipse rex deponetur a regno
qui dimittet ipsum Et vniuersaliter quando aliquis planeta
steterit in domo exaltacionis aut coniunctione martis aut mars
in domo sua in coniunctione solis sciatis quod regnum super quod
testatur tale signum pugnabit et cadet destructio in ipsum
Notandum tamen quod magnam destructionem non signant
sine stellis cadentibus et cometis Et si fuerit Saturnus sicut
dixi de marte erit causa legis Et quando infortuna fuerit
cadens in coniunctione luminaris aut luminare cadens in quadrato
infortune signat quod venient gentes extranee ad regionem suam et
destruent regnum super quod testatur signum ipsius aut regnum
regis qui habuerit Solem in natiuitate eius in ipso

Signo Et quanto plures infortune sunt in tali coniunctione
tanto maius erit malum et damnum   Et si in
cuiuscumque hominis fuerit luna in coniunctione aut
malo aspectu martis aut cum signo ascendentis nativitatis
aut in domo septima nativitatis Significat quod significat lites possessi-
ones aut volumes quod dabitur ei Sed si mars et luna
fuerint in signis cadentibus ab angulis in nativitate
significat litem in ipso anno laborum et sine possessione Et
coniunctio et malus aspectus martis cum luna in signo
quod alii privabunt ipsum hominibus et bonum martis cum luna
significat quod ipse privabit alios   Et si in nativitate nati
fuerint fortune in domibus martis natus erit pacificus,
et non operabitur mars adversus eum bellum neque per missionem
ferri quod fit aliquid Sed si in nativitate fuerit mars
in domo alicuius luminarium significat quod vulnerabitur ferro Si
mars fuerit in malo aspectu cum infortuniis planetis aut
in coniunctione luminaris aut Jovis aut Saturni Et si in
nativitate nati fuerit mars in domo Veneris natus erit
luxuriosus maximus si mars fuerit in ascendente aut
in septima Et si in revolutione fuerit mars in domo secunda
et luna in coniunctione aut malo aspectu cum Jove significat
quod deperdet ei aliquis suum Et si fuerit Jupiter in istis domibus
in malo aspectu aut coniunctione martis Significat quod significat
furtum aut predam quod fiet ei Sed in virtute planete
qui sunt sub terra significant furta quia significant res absconsas
Et qui sunt super terram significant predas quia significant res
visas et sensatas   Et si in revolutione hominis
fuerit mars in domo quinta in coniunctione Saturni
significat quod furabitur ei aliquid quod posuit in deposito aut
habebat accomodatum Sed si fuerit in coniunctione
Jovis furabitur aliquid proprium eius Et si fuerit ibi cum
luminari significat ludum aleatorum Sed si fuerit ita cum
mercurio significat quod furabitur ei liber aut charta aut faciet
chartas falsas quia mars in domo quinta semper significat
furta et res absconsas sive furta et adulteria quia
mars et venus in domo quinta adulteria fornicaria et
furta significant   Si autem vis scire si lucrabitur
aliquis rex in preliis aut in conflictu aspicias in

In revolutione Si fuerint Jupiter aut Venus in ascen-
dente aut in domo secunda octava aut decima aut
undecima in aspectu lunari Significat quod lucrabitur illud quod
tempore magis pinguare Et si aspectus fuerit malus dabit
ei cum pluralitate Vel si aspectus fuerit bonus dabitur ei
illico Sed si aliqua infortunatarum fuerit istarum predictarum
in bono aspectu martis lucrabitur eum rex Sed si infortune
fuerint in malo aspectu fortune existentis in ipsa domo
existimabit rex ipse ire ad lucrandum aliquem extraneum
et amittet suum Sed si in coniunctione regis non fuerit
fortuna in coniunctione neque aspectu lunari neque in
aliqua domorum predictarum aut si sint ibi sub radiis
Talis aut impediti ab infortunis Significat quod non lucrabitur
aliquid ipse rex in eodem tempore Et adhuc si in revolutione
regis fuerit Jupiter aut Venus in domo quinta libere ab
infortunis et in coniunctione aut aspectu lunari seu eius
transmutatione Significat quod dabit ei aliquid in feminae aut at-
tributum maxime si ipsa fortuna esset in aliqua suarum
dignitatum Et nota quod luminaria cum malis
aspectibus fortunarum significant pluralitatem Et significant fortune
cum bono aspectu martis maxime quando signum ascen-
dens revolutionis fuerit signum vel domus fortune et si
fortuna fuerit in ascendente septima aut decima .
Et dandum etiam quod concordie pluribus et aliorum
significat per transmutationem veneris et Jovis in aliqua infortu-
narum aut per infortunas transmutatas ad minus aut
cum aliquo luminarium aut in bono aspectu lunari
aut fortune in coniunctione in domo septima aut duo-
decima significat idem Et quando fortuna est in aliqua suarum
dignitatum concordancie maxime auctoritatis in melius
bonis pluribus Et quando in revolutione regis
fuerit martis in transmutatione cuiusque planete
in domo decima aut duodecima in bono aspectu eius
aut quod sint ambo in signis aspicientibus se bene signi-
ficat quod ipse homo manumittet aliquem hominem aut quod sit
principes in manumissione aliquis in eodem anno Sed si
mars fuerit in aliqua istarum domorum aut planeta qui sint
transmutati cum eo et fuerint in malo aspectu

Aut in signis mali aspectus sicut in leone et scorpione
significat quod ipse mancipabitur in tali anno. Et quando
mars fuerit in domo duodecima in coniunctione
luminaris et mars aut luminare fuerit in aliqua
suarum dominorum significat ipsum mancipari intra domum
suam aut quod sit oppressus in domo sua. Si autem sa-
turnus et mars fuerint transmutati et aliquis
eorum fuerit in duodecima et luminaria aut aliquod
eorum fuerint damnata ab infortunis significat quod in
ipso anno cadet in captivitatem in manum inimicorum
fidei. Et si mars aut saturnus vel aliquis eorum
in domo decima aut aliquis eorum in duodecima ac
transmutati significaverint approximabitur in eodem
anno in domo regis unius eorum loco maxime illi in quorum
nativitatibus fuit mars transmutatus cum planetis
aut in angulo aut in malo aspectu alicuius planete.
Sciendum autem quod plura bella et conquestus sunt
inter homines reges seu principes in quorum nativitatibus
fuerint male dispositiones deinde in revolutionibus suis in eodem
anno habuerunt constellationes conformes in tali re
scilicet in bello aut eorum in mancipare aut mancipari
abominacionem in corporibus etc. Et quando in revolutione
alicuius fuerit dominus ascendentis sub radiis solis aut
mars in malo aspectu coniunctione seu transmutatione
aut dominus ascendentis vel lune significat ipsum hominem man-
cipari in ipso anno ab aliqua persona de natura illius
planete existentis in coniunctione malo aspectu seu
transmutatione martis. Et nota quod quando
mars fuerit in bono aspectu luminarium in revolutione
significat victoriam. Et si fuerit in bono aspectu alicuius planete significat
amicitiam aut concordiam cum persona de natura planete
existentis in bono aspectu martis. Et si fuerit in coniunctione
aut malo aspectu martis significat malum vel damnum aut
vindictam a persona de natura illius planete qui est in
coniunctione aut malo aspectu martis. Et si
in nativitate aut revolutione alicuius fuerit mars dominus
ascendentis transmutatus cum planeta existente ibi sub ra-
diis solis significat ipsum hominem mancipari maxime si

Mars fuerit in septima aut decima aut duodecima
vel planeta qui fuerit cum eo transumptatus Et
notandum quod victorie bellorum sumuntur ita signum revo-
lucionis regis aut principis quod significat bellum propin-
quum aut in eius ventura fuerit luna in domo an-
guli aut in bono signo vel mars fuerit in bono aspe-
ctu alicuius luminarium et dominus ascendentis fuerit
planeta masculinus et ascendens sit igneum aut si
dominus eius et luna fuerint cum luminare et non cadens
ab angulo Aut si luminare aspiciat bene ascendens et
fuerit in ascendente in aliqua suarum dignitatum significat
quod ipse rex aut princeps vincet inimicos suos in
ipso anno maxime si ambo luminaria fuerint in domi-
bus angulorum aut si mars fuerit in domo anguli in
bono aspectu luminarium Et si revolucio ostendat
aliquod bonum aut stabilitatem et bone planete sint in
angulis significat vincere Et si luna fuerit cadens a domo
vel exaltacione sua aut ab angulo aut mars in angulo
aut infortuna in ascendente aut in malo aspectu
ascendentis et Sol cadens ab angulo aut ~~mars in angulo~~
luna minuens lumen vel sine lumine aut mars in
coniunctione malo aspectu seu transumptacione luminarium
aut luminare in domo sue lamentacionis aut Saturnus in
domo quinta aut in coniunctione luminarium aut malo
aspectu alicuius planete significat vinci Et si dominus ascendentis
fuerit masculus aut signum ascendens masculinum Et dominus
eius in domo fuerit anguli aut in domo letacie sue aut
in domo sua aut in domo non cadente ab angulo et in
lumine et mars in bono aspectu luminaris significat vincere Et
si fuerint contra vinci Et nota quod potentissimus
erit rex seu princeps in cuius nativitate fuerit ali-
qua relacio in equinoctiali aut in aliquo angulo ma-
xime si illa relacio fuerit luminarium aut fortunarum
et multo magis si fuerit ipse planeta in domo ex-
altacionis sue et non cadens ab angulo et in capite
draconis Et nota quod maximi infectores erunt
illi in quorum nativitatibus fuerint luminaria

Domo octaua in bona aspectu martis aut ha-
bebunt effusionem nutrimenti aut negocium rerum
mortuarum Et maximi bellatores erunt quod in
terfectores et predatores illi in quorum natiuitatibus
fuerint Saturnus et mars bene firmati aut in malo
aspectu Et unusquisque vincetur ille in cuius natiui-
fuerint luminaria in domibus angulorum et in suis
dignitatibus in bono aspectu martis Et multociens
mancipabitur ille in cuius natiuitate fuerit sol -
bene firmatus cum marte et aliquis illorum in decima
aut duodecima Aut ille qui habuerit solem in duo
decima in malo aspectu martis aut mars in duo
decima in malo aspectu solis Et nota quod inter
planetas inimici sunt Venus Si mars fuerit in con
iunctione aut malo aspectu illorum scias quod significat bella
contra et mortalitates Et eciam si Mars fuerit in bono
aspectu illorum significat salutem et sanitatem Et infortuna que
est in sua dignitate aut malo aspectu alterius planete
significat maximum malum maxime si sit in angulo Et quo
in forciori dignitate fuerit tanto maius malum significat
Et quando est cadens a sua dignitate aut ab angulo parum
mali significat

Capitulum nonum de significacione stellarum fixarum

Declarandum quod stelle fixe de magnitudine prima et
secunda sunt fortes in bono aut malo Vnde
vbo 29: Ptolomeus Stelle fixe attribuunt maxima dona deinde au-
ferunt ea mala morte aut perveniunt ad malam mortem et alibi
vbo 26. etiam dicit Stelle fixe dabunt meliorem fortunam
in natiuitatibus in angulis Et quando in natiuitate fuerit
aliqua stellarum fixarum predictarum aut si fuerit in angulo
fortuna in gradu stelle fixe de natura Iouis aut Veneris
aut duorum planetarum de natura quorum una est fortuna significat
natum valde sublimari Sed si infortuna sit in gradu
stelle fixe magne de illis que sunt de natura infortune
natus veniet ad maximam destructionem aut ad malam
mortem quia ipse stelle dant nato maximam potestatem in
rebus mundanis que sunt de natura illius stelle fixe et ipse
que fuerit cum eo maxime si fuerint in angulo aut in
domo anguli aut in rebus que sunt de natura domus anguli

fortune
cum stellis fixis
Infortune

Maxime si aliquis luminarium fuerit in gradu stelle fixe de predictis et in angulo. Et si stella fixa fuerit in angulo ascendentis predicta natus erit potens in rebus de natura ipsius stelle fixe causa sui ipsius et sui operis. Et si in decima causa regis dum sui ipsius aut dominij. Et in septima causa coniugij aut litis. Et in quarta causa terre hereditatis aut patrimonij. Et universaliter stelle fixe dant maxima dona et de paupertate elevant hominem in sublimacionem. Et significant super mineralia et super lapides preciosos et melioritatem rerum mundanalium et per similitudinem hominis. Et si in nativitate hominis fuerit fortuna in gradu stelle fixe de magnitudine prima aut secunda significat divicias aut introductiones rerum de natura ipsius stelle in quibus steterint. Et si in nativitate nati fuerit planeta in gradu stelle fixe de magnitudine prima aut secunda Et talis stella fixa fuerit in aliquo angulorum tunc significat maximam potestatem super naturam quam habebit ipse natus in rebus que sunt de natura planete [illegible] si in gradu stelle fixe maxime si ipse planeta aut stella fixa in gradu cum quo planeta fuerit in gradu orientali aut in medio celi. Et si in nativitate nati fuerit stella fixa in angulo aut planeta in gradu stelle fixe deinde in aliqua revolucione fuerit aliquis planeta bonus in ipso gradu in bono aspectu alterius planete Erit quod in ipso anno complebitur bonum aut maius bonum attributum in nativitate ab ipsa stella fixa cum ipso planeta in nativitate maxime si in revolucione fuit in relacione planete qui in nativitate fuerit in gradu stelle fixe de predictis. Et iterum quando in revolucione venerit infortuna in gradu stelle fixe in quo fuit in nativitate incipiet aut complebitur malum quod ipse infortuna testificatur cum ipso planeta qui testificatus est in nativitate super ipsum hominem. Adhuc si in revolucione fuerit ipsa stella fixa in angulo aut in aspectu fortune tunc in illo anno incipiet significatum stelle fixe. Et si in revolucione annis hominis fuerit aliqua corporis fortuna aut infortuna vel planeta in gradu stelle fixe alterius vel [illegible] alia stella fixa ab stellis que in angulo fuerunt in nativitate nati fuit cum illis planeta in ipsa revolucione significat etc.

* in ascendente

In 10
In 7
In 4

super mineralia et lapides preciosos sunt stelle fixe

fortune in stellis *

De stellis fixis in revolucione.

Cum * fuit cum planeta vel in angulo in nativitate si in revolucione fuerit ibi planeta planeta complet illo anno fortunam.

* que fuit in malo in nativitate si in revolucione venit in malo infortunii significat

* quando in revolucione est in angulo vel cum planeta

Ipsa stella fixa vel de natura sua in maxima potestate secundum naturam anguli in quo steterit in revolutione et secundum naturam planete existentis cum ea cum ipsa stella in revolutione. Sed nota quod omnia sunt que attestant planete cum stellis fixis in revolutione licet sint in angulo si in nativitate non fuerit in angulo neque fuerunt aliqui planete cum eis. Unde dicit Ptolomeus planete non operantur rem quam non promittit. Et aliqui dixerunt quod si in nativitate nati aut in eius revolutione aliquae stelle fixe de predictis proiecerint radios suos ad ascendens quod significat super ipsum homine prosperitates seu[?] bonas maxime ille que sunt apud zodiacum. Et si in nativitate nati fuerit pars fortune in gradu stelle fixe de predictis natus prosperabitur in rebus illius stelle fixe aut domus in qua ipsa steterit maxime si bonus planeta steterit in ipso gradu aut aspiciat ipsum in bono aspectu. Sed si esset aliqua infortunatio cum ipsa parte fortune et aspiceret de malo aspectu alium planetam aut ipsum gradum significat maximam paupertatem miseriam laborem et destructionem subitam. Et si in nativitate nati fuit pars fortune in gradu stelle fixe de magnitudine prima aut secunda deinde in revolutione fuerit aliqua fortunarum in ipso gradu aut planeta aliquis in bono aspectu alterius planete significat in ipso anno fortunam lucrum prosperitatem et exaltationem secundum naturam ipsius planete. Sed si in ipso gradu esset infortuna aut planeta in malo aspectu infortune significat malum vel damnum et amissionem et infortunium ipso anno.

Cum dictum sit de maximis transmutationibus mundi dicendum est de minoribus. Dicta quod quando iunguntur Saturnus Iupiter et Sol et Luna in signo arietis significat transmutationem regnorum et dominiorum et quod surgetur rex de genere novo in aliquo loco mundi et electionem alicuius dicti in modo super omnes alios dictos. Et si iungantur hi planete sine Marte quin non sit ibi cum Sole et Luna et cum illorum sit dominus signum in

Alii dant fixe in revolutione ⊕ in nativitate

⊕ in gradu * in nativitate de nativitate honore et bonis in eis vel aspectu

⊕ in gradu * in ♄ vel aspectu eorum paupertatem significat

Libro 18 et 7 differentia 5. vol.

♄ ☌ ♃ sit in ♈ ☉ ☽

Quo coniungunt se domus domus aut exaltationis
significat exaltationem aut erectionem regni de natura ipsius
signi Si autem omnes isti quatuor planete coniungantur
in thauro significat exaltationem magnam alicuius pla-
in mundo Si in geminorum signo erectionem ordi-
num fratrum et fraternitatum significat Si in cancro significat
exaltationem regis Et si in leone significat exaltationem
solis In virgine significat exaltationem erectionem quorum re-
ligionum et mercantiarum In libra vero erectionem
ordinationum iuris et constitutionum In scorpione
erectionem falsitatis tractionum ac monete false et
alchimistarum et rerum sophisticarum Et in sagittario
erectionem equitantium et militum nobilium et milicie
nove In capricornio erectionem monasteriorum dispola-
torum et destructorum In aquario hebreorum et psalmorum
vilium In pisce erectionem [illegible] Et
quando Saturnus et mars Sol et luna coniun-
gunt significat erectionem Saturni super rebus de natura signi
in quo coniunctio huiusmodi fit et significat maximas mor-
talitates et destructiones Saturnus autem et
Iupiter et mars una cum sole et luna significat de-
structiones et devastationes et mortalitates in aliquibus
partibus mundi super rerum de natura signi in quo fuerint
et signant in terra aut regno super quod testatur signum
in quo iuncti sunt planete Et Saturnus et
mercurius venus quoque una cum sole et luna significant
monachos et dominas religiosas Saturnus quoque et
mercurius et Sol et luna significat ordines monachorum
et religiosorum et heremitarum et ordinationes et con-
stitutiones Iupiter vero et venus cum sole et luna
significat edificare civitates aut villas seu ipsa habitat
maxime si fuerint in gradu alicuius stelle fixe
de magnitudine prima aut secunda Et secundum naturam signi
in quo fuerint talis erit habitatio Si vero
coniungunt Sol Iupiter venus aut mercurius et luna
significat erectionem alicuius [illegible] maxime auctoritatis
Et Iupiter et mars et Sol et luna significat
Saturnum et destruunt villas et civitates maxime si fuerint

In ♉ ♊ ♋ ♌ ♍ ♎ ♏ ♐ ♑ ♒ ♓

☌ ♄ ♂ ☉ ☽

☌ ♃ ♄ ♂ ☉ ☽ ♄ aspicit

☌ ♄ ☿ ♀ ☉ ☽ Monachas

☌ ♄ ☿ ☉ ☽ Heremitas religiosos

☌ ♃ ♀ ☉ ☽ Edificare civitatem

☌ ♃ ♀ ☿ ☉ ☽ Erectionem solis

☌ ♂ ♃ ☉ ☽ Exaltationem

Nota quo iunctionum et exaltacionum celi

mortalitas mulierum

bona apparitio fervium

apparitio bona conjugia

Monetas et varia opera

Cenobia mulierum et eorum opera

In signo fixo Et Iupiter Sol mercurius et luna significant transitus earum Et si aliquis eorum sit in domo sua significat exaltacionem alicuius aut pape Et mars et venus una cum sole et luna significat mortalitatem mulierum / Sed si Sol et venus et luna essent in coniunctione et mars in bono aspectu illorum significat fervorem maximum Sed si Iupiter apparet cum mercurio significat multa coniugia / Mars vero et mercurius et sol et luna significat monetas et artificia multarum modorum Et Sol et venus mercurius et luna significant cenobia mulierum monacharum et opera opera sua et mulierum Et notandum quod coniunctiones Saturni cum Iove quando mutantur de una triplicitate ad aliam significat mutationes in mundo secundum naturam signi ad quod vadit vel mutatur triplicitas Et coniunctio fortunarum cum luminaribus in capite draconis in Tauro aut leone significat edificium aut habitationem civitatis aut civitatem que sit caput regni aut regnum erit separatum quod non solebat esse Notandum autem quod apparicio stellarum nouarum creatarum ex elementorum massa et que permanent in eodem loco diu significat erectionem hominis in magna dignitate aut in magno dominio in mundo Et apparicio stellarum cadencium et cometarum si fuerint rubee aut per martem significat mortalitates et guerras et decollaciones et bella et sanguinem Et si fuerint per saturnum significat mortales et tempestatem et infortunia in mundo Et si fuerint per Iovem significat exaltationem iusticie pacis et felicitatem et complementum rerum in mundo Et nota quod bonum vel malum quod significat iste stelle cadentes aut comete sunt in rebus que sunt de natura illius signi in quo accidit ipsa stella cadens aut cometa Et cum accidit tempore meo cometa in Sagittario apud Saturnum et mortui fuerunt illico multi boni homines in mundo et multi ceciderunt de equis suis qui intromittebant pedes suos in strebegys et ferebant per planum a suis equis in eiusdem tempore fuerunt tempestates maxime in bestijs equestres ideo quod non poterant se super pedes tenere quia cadebant ipsi albe stantes pecora a quia

Comete stantes in eodem Loco

de natura ♂

de natura ♄

Ioviales

Signum in quo apparet cometes variat significata

58

Epidimia in ... [illegible]

Nullus evadebat nisi de cuius quattuor pedibus suis
depalmabatur. Significando quod etiam iste stelle et
comete significant epidimiam tali modo quod homines
subito moriuntur. Et tempore meo apparuit cometes
in leone prope Saturnum de qua multi homines subito
moriebantur cum ventositate superante in ore stomachi
suorum et vocabant quidam medicorum huiusmodi infirmitatem
losiam(?) et si succurrebatur eis cum appositione ven-
tosarum cum igne sine scarificatione et super stomachos
eorum liberabantur. Si autem non, moriebantur.
Et nota quod Saturnus in trino Martis aut
in gradu stelle fixe de magnitudine prima aut secunda
de illis que sunt de natura Martis in malo aspectu
cum sole significat scintillationes et siccitatem maximam
tempore estatis aut autumni. Mars vero in termino suo
aut in gradu stelle fixe de commixtione eius et in ma-
lo aspectu solis significat scintillationes siccitates ignis maxime
in autumno aut estate. Et notandum quod civitates
que significant habitationes civitatum si fuerint in ariete
significant habitationem castrorum aliquorum. Si autem in thauro civi-
tatem maximam in terra firma. In geminorum vero signo
hospitale aut domum confratrie aut fraternitatis cuiusque generis.   Ex signum scintillacionis
Sed in cancro civitates aut insulas prope littus maris.
In leone vero edificium bellatorum. Et in virgine mona-
steria et in capricornio turres. In aquario significat civi-
tates. Hactenus(?). Et si ipsa coniunctio fuerit in gradu alicuius
stelle fixe de felicitate de commixtione unius aut duarum
fortunarum aut fortune et mercurii veniet ipsa ha-
bitatio ad maximas divitias plurimum et stabilitatem. Si
autem ipsa coniunctio fuerit in gradu stelle fixe de genere
unius infortune aut duarum infortunarum aut Saturni
et sic ipsa habitatio erit parum et venient multe tempe-
states super habitatores ipsius et videbit dominum de habitati-
one ipsam. Et si in gradu stelle fixe de genere Martis
fuerit planeta ipsa habitatio destruetur igne aut
ense et venient super ipsam guerre bella et multitudo
lapidum a celo. Si autem coniunctio ipsa sit in gradu stelle
fixe de commixtione Saturni et Martis ipsa habitatio

Seu populacio erit multociens destructa et iterum
populata et sepe comburetur Et si ipsa coniunctio
fuerit in gradu exaltacionis planete Scias quod habita-
tores ipsius populi erunt dum sunt terminum et
ipsa populacio erit caput regni aut civitatis honorabilissima
Et si in coniunctione Saturni et Jovis fuit
Mars in coniunctione aut opposicione illorum Scias quod illa
coniunctio significat destructionem legis aut ordinis regni
seu civitatis aut dominii Et si in coniunctione Jovis
aut Saturni fuerit Sol eclipsatus in cauda draconis
et Mars in coniunctione aut malo aspectu Solis aut
Saturni Scias quod significat destructionem legis aut regni seu
dominii aut alicuius magni patris Et si congre-
gaverint Saturnus et Jupiter et Sol et luna et Mars
fuerit in malo aspectu illorum Scias quod significat destru-
ctionem legis aut dominii maxime si Mars et illi
fuerint in cauda Et destructio huius erit in civitate
cuius edificacio attributa fuit in gradu quo luna
fuerit Saturnus aut Sol eclipsatus cum aspectu Martis
Et si omnes planete fuerint coniuncti cum Marte et
Saturnus in opposicione illorum aut alterius eorum significat
destructionem in duabus partibus contrariis Et quando
infortuna fuerit in coniunctione Solis aut in eius
opposicione in gradu stelle fixe de magnitudine prima
aut in coniunctione seu malo aspectu stellarum significat
tempestates destructiones valles sicut de rege ignis
aque aut glaciei [illegible] epidemiam morbos
mortalitates et bella in terra super quam significat signum
aut signa in quibus sunt planete qui sunt in
coniunctione aut malo aspectu Et si Jupiter et Mars
in malo aspectu significant iterum bella lites morta-
litates et prelia Et nota quod signa in quibus planete
significant exaltaciones dominiorum aut separaciones quarumdam
gencium ab aliis significant super ipsa regiones et super civi-
tates super quas dominantur signa et planete Et [illegible]
[illegible] quod omnis civitas que fuit edificata cum Mars
fuit in medio celi aut aliqua stellarum fixarum sue
nature morietur [illegible] Sed ego dico quod ipsa civitas
destructa igne aut tempestate aut grandine

Capitulum undecimum de interrogationibus secundum vias 12 domorum
dominus pendula

Quando aliquis voluerit scire statum suum vel
aut illud quod sibi contingit tam in bono quam in malo
et sua negotia et fecerit interrogationem super ista aut
aliquid eorum aspicies primo ascendens et quot gradus
habet et quis est dominus ascendentis et quod est signum in qua
domo et quis planeta est dominus ascendentis et quis planeta est
in ascendente aut in septima aut in decima et quis planeta
est cum parte fortune et qui planete aspiciunt ascendens
et lunam et accipies tunc significatores in principio negotii
dum scilicet ascendentis et lunam et planetarum qui fuerit in
ascendente ad sciendum negotia ipsius hominis et accipies signi-
ficatores suam dominationem et lucri dum domus secunde et planetam
qui fuerit in ea et qui fuerit cum parte fortune
si ibi fuerit aliquis Et si significatores predicti fuerint
boni aut in bonis aspectibus aut in suis dignitatibus
et liberi a malis aspectibus infortunatorum ostendunt
quod hunc bonum de suo naturali ex parte supradictarum
domorum quibus ipsi fuerint Et si significatores predicti
fuerint mali et in malis aspectibus infortunatorum
erit oppositum dicti Et ad sciendum negotia naturaliter aspi-
cies cum ipso planeta domino ascendentis Et scies quod
negotia sua erunt secundum naturam illius planete secundum
nature ipsius domus quo fuerit ipse planeta Et si iste
planeta fuerit bonus in sua dignitate et luna fuerit in
aliqua sua dignitate et in bono aspectu ascendentis
aut domini eius Erit quod status et fecunditas hominis
huius perveniet ad honorem statum Et si boni planete
aspiciant eos bono aspectu status erit cum bono lucro ex-
altatione aut mercede dominorum Et si fortune male
aspiciant eos status erit cum curatione lucra Et si infortune
aspiciant bono aspectu ipsos significatores status erit causa
malefici aut pravi aut laboris Si vero aspiciant infortune
male status erit ex mala parte et veniet ei malum
de eo et habebit aliquo status Verum si significator fuerit
cadens aut in coniunctione planete cadentis a domo vel exal-
tatione sua cadet per quod ascendentis in statu

Si aliquis timuerit mortem suam propius aut alterius qua
cumque causa et fecerit questionem ad sciendum si vivet
aut morietur de periculo extimato aut si vivet tamen
quod patiatur aliquid aspice quod sit interrogantis ascen-
dens hore interrogationis Et si ascendens fuerit in bono
signo aut fuerit fortuna aut luminare in domo prima
liber ab infortunis tali quod non sit infortuna in octava
aut quod dominus ascendentis sit cum lumine et quod non
sit in octava in coniunctione neque malo aspectu aut
transumptione infortune Scias quod non timebit a
morte Sed si in domo prima fuerit Saturnus aut
mars aut luminare in transumptione coniunctionis
aut malo aspectu alterius eorum aut dominus ascendentis
fuerit in octava in coniunctione aspectu malo aut
transumptione infortune aut sub radiis solis dic quod
homo quod morietur in periculo extimato Et si in ascen-
dente sit luminare aut fortuna cum infortuna aut
in oppositione infortune et dominus ascendentis fuerit
sub radiis solis aut in octava Scias quod morietur hac
causa cum fuit interrogatio facta in periculo de quo
timebatur maxime si ambe infortune se iungant in
necando Et si altera fortuna fuerit in ascendente altera
vero in octava aut ambe in ascendente et domo octava
et aliqua illorum aspiciat male luminare aut dominum
ascendentis aut esset in coniunctione unius illorum
aut dominus ascendentis esset sub radiis solis aut si aliqua
fortunarum fuerit in aliqua istarum domorum sub radiis
etiam solis aut luna in altera istarum domorum inter
ambas infortunas Scias quod sequitur ipsum hominem
mori Et si in ascendente neque octava non fuerit
aliquis planeta bonus vel malus neque dominus ascendentis
fuerit sub radiis solis Scias quod non morietur ille cum
mortis timetur in periculo extimato maxime si aliqua
fortuna fuerit in ascendente aut octava liber ab infor-
tunis et combustione
Si autem volueris scire an vivet diu aspicies predicta
Et si inveneris ascendens et octavam et dominum ascendentis
liberos ab infortunis et a radiis solis Et dominum ascendentis

fuerit in angulo aut in domo anguli sive trium
aut in ascendente in aliqua suarum dignitatum Iudicas
quod veniet post plurimos annos Sed si dominus ascendentis
fuerit cadens ab angulo et a suis dignitatibus extra
suens quod veniet paruum tempore
Si aliquis petat si habebit indumenta bona aut aliqua
[illegible] in corpore decore aspicies ascendens et dominum
eius si fuerit infortuna aut luminare in bono
aspectu fortune et cauasi ab infortuniis Iudicas quod habebit
indumenta quesita talis modi quod dabunt ei gratia aut
elemosina Sed si fuerit infortuna in malo aspectu
lune et ipsa in aliqua suarum dignitatum [illegible]
habere indumenta [illegible] emptione aut [illegible]
alia legitima **Domus secunda**
Si quis venit ad querens si potest lucrari pecuniam
aut habere multam aspice ascendens et domum
[illegible] et dominus eius Et si fuerit ibi aliquis planeta in
aliqua suarum dignitatum aut luminare in domo sua in
transmutatione aut bono aspectu fortune et [illegible]
et liberi ab infortuniis significat habere lucrum [illegible] bona
cum gaudio et lucro bono si in istis domibus fuerit
infortuna in bono aspectu domini huius domus aut fortune
alterius existentis in aliqua suarum dignitatum significat
lucrum cum labore aut [illegible] et [illegible] Sed si infortuna
fuerit in bono aspectu male coniunctione aut transmutatione
infortune in aliqua istarum domorum significat amissionem Sed
si in istis domibus fuerit fortuna aut luminare cadens
aut in malo signo et cauasi ab infortuniis significat paruum
lucrum et [illegible] Et si in ascendente fuerit bonum
signum et dominus eius fuerit in coniunctione lune in domo
[illegible] proprietatis rei [illegible] aut lucrum
aut aliquis [illegible] in aliqua suarum dignitatum aut in
signo proprietatis rei cum lucrum [illegible] et liberi ab infortuniis
et cum lumine et non cadens a suis dignitatibus neque ab
angulo scias quod lucrabit querens rem quesitam Aut si
in ascendente ~~in transmutatione~~ quod aut domina sua fuit
[illegible] in coniunctione lune in domo proprietatis Jupiter

An lucrari possit pecuniam

Aut Veneris in coniunctione transsumptacione cum
domino domus proprietatis rei cuius lucrum queritur et
ipse planeta quod sit bonus et crassus et cum aliquo
lumine in aliqua suarum dignitatum Sciatis quod
lucrabitur questor illud quod querit Et si constellatio
fuerit ut dictum est quod signum ascendens est de
proprietate rei quesite et aliquod luminarium apparuerit
bono aspectu ascendenti Sciatis quod lucrabitur rem quesitam
Si aliquis querat de aliqua insidia
aut bello aut re de qua timet respice ascendens et
secundam domum Et si inveneris martem aut lunam
in aspectu martis Sciatis quod ibi adest insidia inimicorum
Et si inveneris martem in septima Sciatis quod abundat
inimicis maxime si fuerit in coniunctione vel malo
aspectu seu transsumptacione martis Et si luna fuerit
in domo prima aut secunda in coniunctione aut aspectu
mercurii et non martis sciatis quod insidiatores sunt in
itinere et si luna steterit in aliqua istarum domorum
predictarum Sciatis quod si fuerit in aspectu martis et mer-
curii sciatis quod insidiator est in itinere et ibi adimplebit et
ducet vos secum etc Et si mars fuerit in aliqua domorum
predictarum in aspectu coniunctione aut transsumptacione
Saturni sciatis quod pauci aut viles sunt qui sunt in
insidia aut se... ita quod plus parcent ipsi a te quam tu
ab illis Et si volueris scire an sit ligatus aut solutus
etc Sciatis quod si luna appropinquat male marti ipso marte
existente in aliqua domorum predictarum et cadens ab angulo
et a sua dignitate Sciatis quod venient etc Sed si luna
fuerit in bono aspectu martis in domo anguli aut
si luna sit in coniunctione martis in domo anguli
in bono aspectu Solis aut ipsum in sua dignitate sciatis
quod tu vinces alios Et si luna fuerit cadens ab angulo
aut a sua dignitate aut transsumptacione cum marte sciatis
quod eris victus aut mancipatus Si aliquis
querat de secum et inveneris ipsum lucraturum ipsum
et volueris scire de qua parte veniet lucrum aspicias
dominum domorum secundum in qua domo et de quibus planetis
est dominus ipse si fuerit dominus alicuius alterius partis

Lucrum veniet ex parte spectantium planete secundi et
dominus in secunda. Et si dominus domus secunde non fuerit
dominus alicuius alterius planete ergo lucrum erit ex parte
spectantium ipsius planete et dominus in qua steterit. Item
si dominus domus secunde non fuerit dominus alterius planete
et fuerit in bono aspectu domini ascendentis. Et si volueris
scire quantitatem lucri an sit multa vel pauca aspicias si
sit fortuna in ascendente aut in domo secunda et fuerit
in aliqua suarum dignitatum aut si dominus secunde fuerit in
aliqua suarum dignitatum aut in domo anguli et cum parte
fortune. Scias quod quantitas erit maxima secundum ipsam
personam. Sed si fuerit in ipsa fortuna aut dominus secunde in
casu a domibus aut angulis scias quod quantitas erit parva
secundum ipsam personam. ¶ Si aliquis — In amisso
fecerit interrogationem temporationis amissi si a fortuna
aspicias ascendens et dominum quarta et partem fortune.
Et si invenies in aliqua ~~alia~~ aliqua fortunatum aut
luminarium in sua dignitate liberum ab infortuniis aut
fortuna que fuerit in ascendente aut secunda domo quod
sit in aspectu luminarium aut luminare in aspectu fortune
aut in transmutatione scias quod sequitur recuperationem
postulatam. Sed si in domibus predictis fuerit infortuna
aut luminare in malo aspectu coniunctione aut transmu-
tatione cum infortuna aut infortuna cum parte fortune
scias quod numquam recuperabit postulatum

Domus tertia

Si aliquis fecerit interrogationem pro quamlibet rerum fratrum
aut sororum aut fraternitatis capituli clericorum
attinencium si erit bona vel mala aut si veniet ei
malum vel bonum de eo aut non aspicias dominum tertiam
et dominum eius et dominum ascendentis. Et si dominus ascendentis
et dominus tertie fuerint in coniunctione in ascendente
aut tertia aut fuerint transmutati scilicet dominus ascendentis
in tertia et dominus tertie in ascendente aut viceversa
vel dominus in domo sua aut in bono aspectu in domibus
angularibus aut succedentibus angulis. Et ideo fuerit fiet

Societas aut confratria aut bonum quesitum ab
istis rebus maxime si ambo fuerint fortune aut
si fuerit fortuna in ascendente aut in aliqua suarum
dignitatum et in domo tertia in principio aut bono
aspectu aut transmutatione luminaris. Verum si iste
sunt domus infortune aut si infortuna in eis aut
si sunt vacue a fortunis non fiet aliquod bonum
de quesito. Sed si in ipsis fuerit infortuna aut
planeta malus in malo aspectu aut transmutatione
infortune significat malum de re quesita. Et si in domo tertia
fuerit dominus ascendentis cum parte fortune liber ab
infortuniis significat complementum quesiti maxime si sunt
in bono aspectu aut transmutatione domini tertie et
fuerint boni planete **Domus quarta**
Si querit si obtinebit dignitatem aut habebit here-
ditatem patrimonii sui respice dominum ascendentis et dominum
quarti. Et si fuerit aliquis planeta in aliqua suarum
dignitatum liber ab infortuniis et cum lumine aut
si domini istarum domorum fuerint fortune in coniunctione
aut in bono aspectu aut transmutatione aut quidam
illorum aut ambo in aliqua istarum domorum et alter non
cadens ab angulo aut aliqua fortunarum in ascendente aut
in quarta liberi ab infortuniis aut cum luna. Scias
quod complebitur quesitum. Et si inveneris lunam in domo
quarta in coniunctione in ascendente aut in quarta liberi ab
infortuniis. Scias quod complebitur quesitum. Et si dominus
ascendentis fuerit fortuna aut dominus domus quarte
aut si aliquis eorum aut luna fuerit in quarta in
aliqua suarum dignitatum cum parte fortune significat
complementum rei quesite
Et si querit de fine cuiusque rei que erit an sit bona aut
mala aut si habebit bonum a patre suo aut similia
Aspicies si fuerit domus quarta bonum signum aut si dominus
eius sit fortuna et liber ab infortuniis aut luminare
in bono aspectu fortune domini quarte aut domini ascendentis
et bonus planeta cum parte fortune in quarta

Damno ondit complementum quesiti maxime si ipsa fortuna fuerit in domo quarta fuerit in bono aspectu domini ascendentis et dominus ascendentis fuerit in domo anguli in aliqua suarum dignitatum et liberatus ab infortunis et cum luna. Si vero petit de thesauro sucumbente terra si est in aliquo loco in quo suspicatur tempus ibi aspiciens dominum quarte. Et si fuerit infortuna aut luminare in aliqua suarum dignitatum liberatum ab infortuniis. Iudicabis quod est ibi thesaurum suspicatum maxime si luminare quod fuerit in domo quarta sit in bono aspectu domini ascendentis aut luminaris aut fortune aut si fortuna ipsa que est in aspectu luminaris sit in quarta. Et si scire vis quod thesaurum est ibi et valorem sive si poteris capere tunc respice dominum ascendentis et ascendens et dominum secunde et dominum eius et dominum domus quarte et lunam. Et si in ascendente aut secunda fuerit fortuna in dignitate sua liber ab infortuniis aut luminare in sua dignitate in bono aspectu fortune et liber ab infortuniis. Iudicabis quod poterit habere thesaurum. Et si dominus ascendentis aut luna aut dominus secunde fuerint bene in bono aspectu aut translatione aut coniunctione cum domino quarte et non cadens ab angulo neque a dignitate. Iudicabis quod tunc poterit tunc thesaurum cum sit maxime si aliquis luminarium aspexerit bene ascendens

Thesaurus

Domus quinta

Si petit quam responsionem habebit a carta quam miserit respice dominum ascendentis et dominum quinte et septimas et mercurium et lunam. Et si in aliqua earum domorum fuerit mercurius et luna in bono aspectu ad invicem aut dominum ascendentis et in aliquibus suarum dignitatum aut cum parte fortune liberi ab infortuniis in ascendente aut in domo secunda fuerit luminare in bono aspectu fortune aut fortuna in bono aspectu luminaris aut cum luminari coniuncta in aliqua suarum dignitatum aspicienti quod ascendentem bene. Iudicabis quod bona venit sibi de carta et bene venit nuncius. Et si dominus ascendentis fuerit cadens

Luminis et in aliqua istarum domorum in bono aspectu lune aut in domo anguli in bono aspectu lune et in aliqua sua dignitatum libri quod ab infortunis Scias quod veniet bene unumque maxime si aliquis earum fuerit in bona domo cum esse fortune Et nota quod carte nuncii respondentis sunt domus quinta et mercurius et luna Et quando ipsi fuerint in coniunctione aspectu aut transmutatione aut aliquis eorum fuerit apparens in ascendente et fuerit in domo prima aut quinta aut in ascendente signi hic earum responsionis de quesito Et si aspectus quinque sit bonus aut aliquis eorum appareat in ascendente aut aliqua fortunarum aut luna in audiet quod carta erit bona Sed si infortune appareant male aliquo aspectu aut sint in aliqua aspectu prius dominorum predictorum unumque veniet in malo et audiet malum et impedimentum et damnum Et si aliqua aspectu dominorum non inveneris nullum mercurium et lunam sed inveneris aliquem eorum in domo nona in coniunctione aspectu aut transmutatione ascendentis aut in transmutatione alterius et aspectu domini ascendentis audiet diu cartas de via longinqua si veniet.

Si querit an ille qui est absens aut non respice lunam si sit in ascendente Scias quod ille veniet et si sit in bono aspectu ascendentis Scias quod cum veniet per iter Et si ipsa sit cum lumine et in bono aspectu Solis aut martis Scias quod veniet videat … eorum et mercurium Et si volueris scire cum veniet aut quando valet respice planetas qui coniunguntur aut applicant lune Et si fuerint boni et aspectu et ipsi fuerint in aliqua sua dignitatum signi quod veniet tamen si sint in coniunctione aut aspectu signi in quo est luna Sed si luna fuerit sine lumine et non appareat ascendenti Scias quod non veniet ille super quo interrogas

de furto

Si quis petat de re furata aut amissa si eam inveniet aut recuperabit respice ascendens et domum secundam et quartam Et si inveneris aliquam fortunarum in quarta bono aspectu aut transmutatione lune cum lumine

Et liberam ab infortunis aut luna in bono aspectu
fortune sic dictum est Iudica quod recuperabit illud quod
furatum fuit aut quod invenietur quod amissum fuerit
Sed si invenerit dominus huius [illegible] aut dominum eorum
licet habeant bonos aspectus Iudica quod aliquid inveniet
aliquid non Sed si duo eorum habuerint malos aspectus
aut si in domibus huius fuerint infortune Iudica quod
non recuperabit amissum
Si quis petit de salute filiorum suorum aut de bono eorum
seu scolarium aut monasteriorum aspice ascendens et
dominum eius et dominum quinte Et si fuerit infortuna in bono
aspectu luminaris aut lunare in bono aspectu fortune aut
dominus eius in coniunctione aut bono aspectu aut trans-
mutatione cum domino quinte in aliqua istarum domorum
et in aliqua earum dignitatum et cum parte fortune iudica
quod bonum consilium veniet filio et ego
Si aliquis petierit de aliqua muliere aut sit pregnans
vel non respice dominum ascendentis et dominum quinte si se aspi-
ciant ad invicem bene aut si in quinta sit fortuna vel
lunare in suis dignitatibus sit in prosperitate domus vel exal-
tationis aut cum parte fortune aut si signator sit sub ra-
diis solis significat ipsam esse pregnantem
Si quis querat si lucrabitur in vino lino aut in rebus
qualibet in [illegible] aspice quintam Et si inveneris ibi
fortunam in sua dignitate liberam ab infortuniis in
bono aspectu lune aut domini ascendentis et in luminaribus Iudica
lucrabitur in eo bonum si sit ibi lunare in bono aspectu
fortune Iudica quod lucrabitur in eo Sed si fuerit ibi bonum
planeta in coniunctione bono aspectu aut transmutatione
infortune Iudica quod lucrabitur in hoc Sed si fuerit ibi
fortuna in coniunctione aut malo aspectu aut trans-
mutatione infortune aut infortuna in coniunctione
aut malo aspectu seu transmutatione fortune significat
amittere in re ipsa vendenda

Domus sexta

Si quis petit pro infirmo suo si evadet ab infirmitate aut
morietur respice oriens et dominum sextum octavam et [illegible]

Et si inveneris dominum ascendentis et luminarium sub radiis Solis aut in malo aspectu Solis aut in transmutatione malo aspectu et coniunctione infortune Et unum istorum aut infortuna qui est in malo aspectu aut transmutatione alius in domo sexta octaua quod audit mortem infirmi Et si ambe fortune fuerint in domo scilicet sexta aut octaua et unus in ascendente alter vero in sexta aut unus in sexta alius vero in octaua in coniunctione in malo aspectu aut transmutatione cum domino ascendentis aut cum luminari aut sub radiis Solis audit mortem infirmi aut si dominus ascendentis et sexte fuerint in sexta domo aut in octaua in coniunctione aut malo aspectu aut transmutatione infortune aut sub radiis solis audit mortem infirmi maxime si dominus ascendentis aut dominus domus octaue fuerit infortuna Et si dominus alicuius istorum dominatur in aspectu coniunctione aut transmutatione cum hiis cum infortuna maxime si dominus ascendentis aut octaue fuerit infortuna Sed si nichil horum inveneris in interrogatione fuerit quod aliqua fortunarum in ascendente aut in sexta in aliqua suarum dignitatum et liber ab infortuniis audit salutem infirmi Et si dominus ascendentis fuerit luminare aut fortuna in aliqua suarum dignitatum et cum parte fortune aut in medio celi aut in ascendente liber quod ab infortuniis audiunt salutem infirmi Si autem sol aut luna aut fortuna fuerint in gradu fortune partis et in bono aspectu fortune signum quod infirmus habebit ea omnia quibus indiget Et est signum evadendi Et si aliqua infortunarum fuerit in gradu partis fortune audit inopiam eorum quibus indiget infirmus Et est signum mortalem maxime si ipsa fortuna fuerit in malo aspectu domini ascendentis aut domini sexte aut octaue aut luminaris

Si autem volueris scire naturam infirmitatis aspice proprietates planetarum significantium infirmitatem Et scias quod egritudo erit apposita de proprietatibus planetarum de natura signi ascendentis Sicut si ipsi planete sint frigidi et sicci sicut Saturnus aut Mercurius egritudo erit melancolica

Sicut quartana passio splenis Et si egritudo fuerit
a planetis frigidis et humidis sicut mercurius et luna
egritudo erit cotidiana Et si fuerint Saturnus et venus
erit etonica Si autem mars cum luna aut marte in
venere egritudo erit febris cotidiana aut effimera Si
autem Mercurius fuerit cum sole egritudo erit febrium
acutarum longarum que quidem sunt acute de ratione
materie longe vero ratione temporis Si autem egritudo esset
a marte cum Iove egritudo est apostema sanguineum aut
ebetudo aut repletio sanguinis Et si egritudo sit a saturno
et marte erit fluxus intestinorum aut res fetida putrida aut
pestis Si autem signum ascendens sit igneum egritudo
erit calida Si aereum egritudo habebit ventositatem aliquam
Et si sit terreum egritudo erit frigida et sicca et cum ma-
terie nigra Si vero sit aquaticum erit egritudo cum fluxu
aliquarum materiarum sicut hidropisis et omnia consimilia

Si autem aliquis petat de emendo aliquam bestiam aut servum aut
de comparatione aliquorum debitorum respice ascendens et dominum
eius et ascendens aut sexta Et si in domo sexta fuerit
luminare aut fortuna in sua dignitate aut in bono aspectu
luminarium aut fortune et liber ab infortuniis significatur custo-
diam et bonum de quesito Et si dominus ascendentis aut luminare
fuerint in bono aspectu domini sexti et aliquis illorum sit in
domo angulari et liber ab infortuniis tunc erit bonum
et utile Et si dominus sexte fuerit bene cum parte
fortune et in bono aspectu alterius planete et liber ab in-
fortuniis significat bonum et utile

Domus septima

Si aliquis interrogaverit si fiet coniugium aut non aspice
dominum ascendentis et lunam pro querente et venerem et v. pro querente
dominum septimi pro quesito Et si inveneris dominum ascendentis
et lunam cum luna in coniunctione aut bono aspectu
cum domino septime aut venere in ascendente aut quarta
aut undecima in aliqua suarum dignitatum significat coniugium
aut appropinquacionem eius sicut et econtra Et si fuerint in
ascendente aut septima significat coniugium et Et si sponsalia
fuerint in quinta Et si fuerit in octava significat thalamos

Nisi aliqua infortunarum prohibeat eos cum suo aspectu aut malo aspectu quia nulla infortuna abscindit alienationem neque facit eam cum suo aspectu aut coniunctione aut ea velocitat tamen aut prolongat eum quia Mars velocitat eum Saturnus vero prolongat Et aliqui dicunt aspiciunt venerem et lunam quia si ipsi sunt in coniunctione aut bono aspectu seu transmutatione aut in aliquibus suarum dignitatum aut in ascendente questionis aut septima liberi ab infortunis et quod sint cum eis luna et quod sit luminare aut fortuna in bono aspectu ascendentis significat pacto quod fiet coniugium

Si aliquis interrogaverit de villa aut castro super quod pugnaverit si poterit ipsum obtinere vel non Si aut sit villa respice dominum ascendentis et dominum septime Si vero castrum dominum decimam Et si inveneris dominum septime in septima liberum de infortunis scias quod non obtinebit villam Sed etiam si fuerit dominus decime in decima Sed si aliquod istorum non fuerit ita et fuerit luminare aut fortuna in aliqua suarum dignitatum in ascendente interrogationis et liber ab infortunis aut in domo sexta scias quod ipse homo optinebit villam aut castrum super quod pugnaverit Sed fortune significant hoc fieri per [illegible] luminaria vero significant fieri [illegible] Et infortune significant impedimenta Et si in interrogatione huiusmodi fuerit Saturnus aut Mars in ascendente scias quod non obtinebit locum postulatum

Et adhuc est alius modus quo poterit sciri si obtineatur locus pugnandi aut non Et est quod aspicias ascendens coniunctionis significantes edificium oppidi seu ville Et significator revolutionis ipsius anni in quadam acciderit Et si fuerit fortuna aut cadens ab angulo aut a dignitatum aliquarum suarum aut in domo tristicie sive aut in coniunctione seu malo aspectu infortune Scias tunc quod villa intrabitur ab inimicis quod non poterit defendi Si aut significator revolutionis predicti fuerit in domo anguli seu in aliqua suarum dignitatum aut fortuna seu luminare in angulo aut cum per

facturus Scias quod non recipiet castrum aut villam
quod si non feceris revolucionem coniunctionis predicte
tunc accipe revolucionem anni seu hore in qua fuit dicta
fuit captam villam hoc est dicere revolucionem anni ville
et fac ut supra Et si luna aut dominus ascendentis fuerit cadens
ab angulo aut a sua dignitate aut inter duas infortunas
aut inter oppositum ambarum que aspiciant in eis sextum
Scias quod castellum accipietur cito et mancipabitur et
macellabuntur homines qui sunt intus in ipso
Si obviabitur an habebit victoriam in bello aspicies martem
et si fuerit in bono aspectu luminarium et martis aut luminare
quod est in bono aspectu illius fuerint in septima in aliqua
suarum dignitatum Scias quod vincit ille pro quo fuerit
facta interrogacio Iterum si Sol sit in nona aut in aliquo
signorum dictorum in bono aspectu martis et luna non cadens
ab angulo aut et dominus ascendentis non ab aliqua suarum
dignitatum et liberi ab impedimentis Saturni Scias quod
vincet ille pro quo fuerit facta interrogacio Et si ambo lu-
minaria fuerint in signis masculinis et ascendens fuit
signum masculinum et dominus eius fuerit in sua dignitate
aut in domo sue leticie et non cadens ab angulo et liberi
a marte vel a malo aspectu infortunarum Scias quod vincit
ille pro quo fit interrogacio
Et si mars fuerit in coniunctione aut malo aspectu aut
in transmutacione cum domino ascendentis aut cum luminari
quod sit cadens ab angulo aut dignitate sua aut in
domo tristicie Scias quod vincetur ille pro quo petitur Et
si ambo luminaria fuerint cadencia ab angulis sicut et
dominus ascendentis ab aliqua suarum dignitatum vincitur signum
petitum maxime si infortuna fuerit in coniunctione
aut in malo aspectu aut transmutacione alicuius eorum
aut alicuius luminarium sit ita cum domino ascendentis Et si
signum ascendens interrogacionis fuerit signum femininum
et dominus eius fuerit Saturnus vel mercurius aut venus aut
luna et cadens ab angulo et luminaria non fuerint in
angulo Scias quod vincet ille causa cuius facta est interrogacio

f. 51

Maxime si fuerit Saturnus in ascendente aut mars in septima in malo aspectu luminarium aut domini ascendentis aut si aliqua infortunatarum fuerit in parte fortune et si mars fuerit in ascendente in coniunctione Solis aut domini ascendentis et in domo octava cadit mortibus alium per quem petit bellum si sunt sub radiis Solis in bello Et si in interrogatione non fuerit mars in septima neque in transmutatione seu aspectu malo cum domino ascendentis aut Jovis aut cum luminari sciatis quod non erit bellum Et si in interrogatione fuerit mars applicat alicui luminarium aut sunt in coniunctione illius Et mars aut luminare ad quod applicat fuerit in domo anguli Sciatis quod habebunt litem maxime si mars fuerit in septima aut in ascendente in aspectu Jovis aut domini ascendentis Et si aspectus martis fuerit in oppositione cum aliquo planetarum per dictarum aut Jupiter aut Venus applicat unum alteri de trino aliunde vero a sextili Sciatis quod significat concordiam litis aut belli Et si luminare aut aliud planeta applicat martem de trino et qui est in oppositione eius a sextili significat concordiam et non litigabunt Et si Jupiter aut Venus fuerint in domo septima Sciatis quod concordabunt et non litigabunt Et iudicia talia sunt predicta cum talia accidunt in revolutione anni maxime si fuerit princeps aut rex Et quando in revolutione aut interrogatione fuerit mars in domo septima in coniunctione aut aspectu seu transmutatione Sciatis quod significat litem bellum seu prelium et malum eius durabit vos quod sunt Jupiter aut Venus in domo septima in alia revolutione aut alia interrogatione in coniunctione aut aspectu luminaris Et quando mars neque fortuna qui fuerit in suo aspectu vel infortuna non sunt in domo septima . octava . aut nona non significat litem neque bellum nisi fuerint in ascendente

Si autem fecerit quis questionem pro illum qui venit ad

Bellum aut aliquem locum quando vadit respice
ascendentem et si fuerit bonum et in bona domo et liber
ab infortunis Et si Jupiter aut Venus aut caput dra-
conis fuerit in ascendente liber ab infortuniis ipse
vadit sanus et salvus Sed si fuerit aliquis istorum
in ascendente damnatus ab infortuniis audiet quod ha-
bebit impedimentum aut erit oppressus in loco quo ivit
Et si fuerit Saturnus in ascendente aut in domino
ascendentis ipso existente in bono modo aut cadet de alto
equo aut habebit aliquod impedimentum Sed si Saturnus
sit in malo modo in ascendente aut in malo
aspectu eius vel domini sui percutiet cum lapide aut in
lignis Et si mars fuerit in ascendente aut cauda
cum domino ascendentis in malo aspectu eius fiet
volnus aut mortem [illegible] pati aut si infortune fuerint
in octava aut Sol in aliqua illarum existente Sole in
octava audiet mortem illius causa cuius quesitum -
Saturnus et mars sunt in ascendente audiunt malum
videlicet percussionem et similia Et si in ascendente fuit
dominus ascendentis aut Jupiter aut Sol obsessus inter duas
infortunas aut cum una et aspectum alterius aut inter
aspectum ambarum stra vel signum sibi oppositionem seu
carcerem Et si Sol fuerit in duodecima transumitatis
cum marte qui sit in decima aut in coniunctione
planete transumitati cum marte existente sole in duode-
cima et marte in decima audiet captivitatem vacua
super aliud propter quem postulaverit Et adhuc si mars a
Sole fuerint in domo decima Et Saturnus et luna
aut Jupiter fuerint in oppositione solis aut martis
captivitatem et carcerem audiunt maxime si hoc
et querens prohibere habuit in sua nativitate aliquem
istorum planetarum in domo decima
Si vero quis petat si habebit contrarietatem aliquam
in eo quod vult incipere respice ascendentem et septimam
et luminaria Et si invenerit in septima infortunam NB

Aut infortuna fuerit in oppositione luminarium
aut domini ascendentis aut si dominus septime fuerit
in oppositione ascendentis Dicas quod contradicabit ei quesito
et non attinget ipsum nisi si fuerit aliqua fortunarum
in ascendente in sua dignitate vel in secunda aut lunare
in bono aspectu alterius fortune Sed si in septima
sit planeta in sua dignitate et in bono aspectu alterius
fortune aut si dominus ascendentis aut lunare sit in bono
aspectu fortune aut dominus septime et liber ab infor-
tuniis Dicas quod non contradicabit in quesito Sed etiam
si dominus ascendentis aut lunare sit in bono aspectu for-
tune aut fortuna que in bono aspectu luminarium sit in
ascendente aut secunda in aliqua suarum dignitatum et
libera ab infortuniis significat complementum rei quesite

Domus octava

Si aliquis petit de homine qui est in terra aliena si sit
mortuus vel non aspicies dominum ascendentis et ipsum ascen-
dens et domum octavam et lunam Et si inveneris in-
fortunas in ascendente et domo octava unam altera vero
in octava alteram vero in ascendente aut dominus ascendentis
vel luna sub radiis solis aut in malo aspectu alicuius
infortunii existens in ascendente aut in octava aut quod
sit dominus ascendentis in domo octava in coniunctione aut
malo aspectu aut transsumpcione infortune ostendit
morte hominis quesiti Sed si ascendens et dominus eius
et luna et domus octava fuerint liberi ab infortuniis
et cum lumine Dicas quod ille [illegible] quesitus non
est mortuus Et si dominus ascendentis aut lune fuerit abscissus
ab infortuniis ambabus aut inter duos malos aspectus
aut in coniunctione cum eis et malo aspectu alicuius aut in
malo aspectu solis aut sub radiis eius aut in casu suarum
dignitatum ostendunt quod ille pro quo queritur est mortuus
et sepultus maxime si dominus ascendentis aut luna fuit
sub terra aut in coniunctione malo aspectu seu translacione
[illegible] domini domus octave aut domini domus octave
cum aliis infortuniis predictis

Si quis petit de hereditate aut substantia mortui alicuius respice dominum ascendentis et octave et ascendens et domum secundam et octavam. Et si ascendens fuerit dominus octave domus et in sua dignitate et non cadens ab angulo ostendit quod habebit substantiam quesitam a mortuo maxime si ipse fuerit in bono aspectu domini domus octave aut lune aut si dominus ascendentis sit in bono aspectu domini ascendentis domini 2ª aut fuerit fortuna in domo octava [illegible]tatis cum domino ascendentis et libera ab infortuniis. Ad hoc etiam si in ascendente aut in secunda domo fuerit fortuna aut luna in aliqua suarum dignitatum aut dominus domus octave fuerit fortuna in bono aspectu boni planete receptus in ascendente aut secunda domo ostendit quod habebit substantiam alicuius mortui quesitam. Et si in domo octava fuerit fortuna in aliqua suarum dignitatum in bono aspectu domini ascendentis aut lune et liber ab infortuniis ostendit habere substantiam a mortuo quesitam.

Si petit de timore aliquo de quo timet scilicet aut de timore mortis aut perditionis alicuius aspicias ascendens et dominum eius et domum secundam septimam et octavam. Et si inveneris dominum ascendentis in bona domo cum luna et in aliqua suarum dignitatum et in bono aspectu ascendentis et lune et ascendens et dominum eius et octavam liberos ab infortuniis significat quod non habeat timorem mortis. Et si inveneris ita dominum secunde et lunam et domum septimam non timeat ab aliquo amisso seu perditione maxime si in aliqua istarum domorum fuerit fortuna in sua dignitate et in bono aspectu luminarium aut lune in bono aspectu et liber ab infortuniis. Sed si in ascendente vel octava fuerit fortuna in malo aspectu ascendentis domini aut lune aut Solis est timendum de morte aut dominus eius ascendentis est in domo octava aut aliquod luminarium in coniunctione aut malo aspectu aut transmutatione infortunii sciat quod est timendum de morte. Et si in domo secunda fuerit infortuna in malo aspectu infortunii aut fortuna in malo aspectu infortunii aut in malo aspectu eius ipsa timendum est de perditione aut si in domo secunda fuerit infortuna in

Malo aspectu dñi domus sexte vel dñs domus fuerit
in malo aspectu infortune sicut itinere amissu aut
timenda est prdicio vel aliquid aliud dampnum

Domus nona

Si quis fecerit interrogacionem de itinere si faciet vel
non aspicies ascendens aut dñm eius et lunam
et domum nonam. Et dñm eius. Et si inveneris dñm
ascendentis et lunam in domo nona in coniunctione
aut bono aspectu aut transmutacione dñi domus none
et dñs non fuerit fortuna pronosticandum est tunc quod
iter faber et erit bonum in illa parte illius nac domi
none domus. Sed si dñs domus none fuerit infortuna
iter erit malum et eius dampno maxime si fuerit luna
in domo nona et infortuna in ascendente. Et si dñs
ascendentis habuerit aliquam magnam dignitatem in nona
sic quod sit dñs domus exaltacionis aut triplicitatis et fuit
in ascendente aut in nona in bono aspectu lune et liber
ab infortunis ondit iter prosperari. Et si dñs none fuerit
in ascendente in coniunctione aspectu bono seu transmu-
tacione dñi ascendentis aut lune et dñs ascendentis non
fuerit infortuna ondit quod parabit viā et aliquis mittent
per eum. Et si aliquis bona planeta fuerit in nona
in coniunctione aspectu bono seu transmutacione dñi none
et aliquis eorum apparerit bono aspectu ondit etiam
iter pari sic si dñs ascendentis fuerit in bono nona
in bono aspectu lune. Si autem volueris scire aut bonum
sit iter vel non aspicies ascendens et domum secundam et nonam
et si ibi fuerint fortune aut luminare in bono aspectu
fortune aut in aliqua sua dignitate liberis ab infor-
tunis hoc ondit bonum esse iter et comodosum et cetera

Domus decima

Utrum obtinere possit mercedem a rege.

Si petit si habebit mercedem postulatam a rege respice
si domus ascendentis et decime dñs sint coniuncti
in ascendente aut in decima aut in transmutacione
in istis domibus et cum luna et liberi ab infortunis tunc
quod attinget mercedem optatam. Sed etiam si dñs ascendentis
fuerit in decima aut in bono aspectu dñi decime

Aut dominus decime in ascendente vel in bono aspectu domini
eius ascendentis aut lune et liberi ab infortunis
significat habere quesitum a rege et cetera

Si autem querit de rege si obtinebit civitatem vel regnum — civitatem
aut dominium in aliquo tempore decimam domum de circumstantiis si fuerit fortuna
fortuna aut lunare in aliqua sua dignitate et liber
ab infortuniis Scias quod obtinebit quesitum maxime si
ipse planeta fuerit cum parte fortune vel in bono aspectu
alterius planete et luna non sit cadens ab angulo Et si
constellatio fuerit vel superius et cetera

Domus undecima

Si petit si attinget officium regale sicut si erit thesau- Si attinget officium regale.
rarius regis vel habebit aliquod aliud officium regis domus
vel si habebit amicitiam alicuius aut proximitatem ac
cum aliqua domino aut si habebit aliquid quod promissum fuit
ei aut si lucrabitur aliquid in territorio aspicies dominum ascen-
dentis et undecima domus Et si inveneris in undecima
et ascendente fortunas in coniunctione bono aspectu aut
transmutatione in aliqua statu dominorum et liberi ab
infortuniis et luna quod sit non cadens ab angulo Scias
quod implebitur quesitum Et si dominus undecime fuerit fortuna
et in ascendente in coniunctione lune in aliqua sua
dignitatum aut in undecima aut in gimitibus lune a
parte fortune et liberi ab infortuniis Scias quod recuperabitur
quesitum Et si dominus undecime fuerit in undecima
in bono aspectu lune cum lumine et liberi ab infortuniis
Scias quod recuperabitur quesitum

Domus duodecima

Si petit an fiat concordia inimici alicuius aut non aut
a bonis plus aut amicitie cum inimicis legis aspicies
ascendens et dominum eius et domum duodecimam et dominum eius
et lunam Et si inveneris in domo duodecima aliqua
infortunatam in sua dignitate cum luna aut in bono
aspectu domini decime aut in coniunctione domini decime et in bono
aspectu alterius planete significat amicitiam et concordiam
Et si dominus ascendentis et dominus decime fuerint coniuncti
in aliqua statu dominorum in bono aspectu fortune scias quod
tunc significat pacem fieri et concordiam

Si quis querat de guerris bellis inimicis si erunt vel
fient aut non, respice duodecimam domum. Et si inve-
neris in ipsa martem in coniunctione malo aspectu seu
transmutatione domini ascendentis aut lune, iudicabis quod erunt
guerre quesite. Si autem in domo duodecima fuerit luna
et mars in nona transmutatus aut in malo aspectu,
iudicabis quod inimici venient ab extra ad faciendum guerras.
Et secundum hoc ita si fuerit mars in duodecima et luna
in nona aut luna in domo martis in coniunctione
malo aspectu aut transmutatione eius et aliquis eorum
in ascendente aut in nona aut in decima, iudicabis quod significat
habere guerras

Si quis querat si emet equum aut si habebit comodum in
vendendo eum aut similia, respice ascendentem et dominum eius
et lunam et domum duodecimam. Et si in domo duodecima
fuerit sagittarius aut aquarius, fortuna in domo duodecima
maxime si fuerit Jupiter cum bono aspectu aut quartus
lune aut luna in bono aspectu Jovis et libera ab infortuniis,
significat emere equum et habere comodum in dicto equo et cetera.

Si autem quesit si habebit comodum in gregibus quadrupedum,
aspicias duodecimam. Et si inveneris fortunas in signo alicuius
sicut in ariete, tauro, sagittario aut capricorno in bono
aspectu lune aut domini ascendentis, aut si fuerit luna aut dominus
ascendentis in duodecima in aliquo predictorum signorum
et libera ab infortuniis, iudicabis quod habebit lucrum in grege qua-
drupedum de natura illius signi existentis in duodecima, ut
si sit taurus in bovibus etc. Et secundum hoc erit in aliis
rebus que sunt de natura domus duodecime et de aliis, quia
semper est attendendum ad naturam rerum et domus eius.

Et quando volueris scire si erit comodum vel damnum in aliquo
quesito, aspicies tria loca, scilicet si aspicit ascendens lunare
aut fortuna bene aut sit in eo, quia tunc audiet bonum.
Et secundum est quod aspicias secundam domum si sit ibi luna et cetera
aut fortuna et lunare sit in bono aspectu fortune, aut si
dominus secunde aspiciat bene ascendens vel dominum eius, quia
tunc audiet bonum et comodum ~~et cetera. Si in omnibus fuerint~~
~~infortune~~ Tertium est quod aspicias septimam si sit ibi for-
tuna aut lunare in bono aspectu fortune, audiet bonum et
comodum et cetera. Si in omnibus fuerint infortune. Et sic perficiuntur
duodecim domus interrogationum

Et notandum amplius quod si quis querat de aliquo
aspiciens signum et dominum illius rei quesite vel si inveneris
quod signum sit in domo sua vel luminare sit ibi in coniunctione
bono aspectu seu transmutatione fortune aut fortuna
vel luminari et liberi ab infortunijs et in aliqua suarum
dignitatum vel quod aliquis predictorum planetarum aspiciat
bene ascendens tunc quod sequitur complementum quesiti
maxime si dominus domus predicte fuerit fortuna aut
luminare et fuerit ibi in domo ipsa in coniunctione aut
bono aspectu cum ascendente aut lune vel etiam si dominus
domus quesite fuerit de natura domus quesite et in domo angulari
in aliqua suarum dignitatum et in coniunctione bono aspectu
seu transmutatione cum domino ascendentis aut cum luna
et liberi ab infortunijs cum luna sequitur complementum
rei quesite maxime si dominus ascendentis steterit in aliqua
suarum dignitatum absque damno solis aut alicuius infor-
tune in domo angulari aut in domo opportuna rei quesite aut
si fortuna fuerit in ascendente aut domo sua cum luna
et liberi ab infortunijs aut luminare aut fortuna aspiciat
bene ascendens aut dominum domus

Notandum etiam quod iudicia interrogationum sunt ita sicut
diceremus scilicet quod aspiciat suum ascendens et septima
et dominum nature rei quesite vel si inveneris in qua-
cumque istarum domorum planetam de natura domus rei
quesite in signo de natura domus quesite in bono
aspectu ascendentis domini aut lune cum luna in con-
iunctione cum luminaribus aut fortune que sit in
ascendente aut in sua aut in medio celi in aliqua suarum
dignitatum liber a coniunctione malo aspectu seu trans-
mutatione infortunatorum aut si luminare vel fortuna
aspiciat bene ascendens cum aliis predictis etiam
audiunt complementum rei quesiti Si autem sunt
planete ipsi in suis dignitatibus aut in gradibus stellarum
fixarum de magnitudine prima aut secunda audiunt
multitudinem suarum prosperitatum et potestates et divitias
et honores et nobilitates rerum quesitarum Sed si fuerint
cadentes a suis dignitatibus audiunt paupertates et penalitates
et infortunia Sicut si Iupiter Saturno sunt per coniunctionem

Et inveneris lunam in septima cum lumine in
signo in quo habeat aliquam suam dignitatem vel ante-
dictarum sicut domus exaltationis aut triplicitatis seu con-
iunctionis bono aspectu aut transmutationem cum domino
ascendentis aut cum luna et liberi ab infortuniis
et luna non fuerit cadens ab angulo et cum lumine
crescit opus fiet coniugium
Et si queratur pro illo qui est extra patriam an
veniet cito respice si inveneris in ascendente lu-
nam cum lumine aut in tercia aut in quarta
in aliqua suarum dignitatum in bono aspectu ascen-
dentis aut domini eius liberi ab infortuniis indicat quod
veniet cito aut venit iam quantum potest Si autem querit
de dignitate officio pecunia respice Iovem et si in-
veneris ipsum in domo significante ipsam rem quesitam sic
in secunda super pecunia seu quarta super dignitate seu quinta
aut undecima super officium Et si super fuerit in aliqua
suarum dignitatum in coniunctione bono aspectu seu trans-
mutatione domini ascendentis aut lune liberi ab infor-
tuniis complebit quesitum et econtra si fuerit oppositum
Si autem sit questio de homine guerra aut lite respice martem
si inveneris eum in domo spectante quesitum videlicet
in septima de lite seu nona de homine in duodecima
de guerra et fuerit mars in aspectu domini ascendentis
et lune indicat quod erit quesitum et bonum et malum
sequitur intelligentis secundum dignitates martis vel econtra Et si
queratur de rege respice solem si sit in ascendente
aut decima in ariete aut leone aut sagittario
in bono aspectu domini ascendentis aut lune indicat quod
habebit quesitum a rege Et si queratur de nuncio certa
de libro aut sciencia mercaderia scriptura aut aliquo
inveniendo respice mercurium ut supra in aliis in domo
spectante rei scilicet in ascendente pro scriptore quarta pro mercaderia
decima pro scienciam Si autem sit questio de hereditate
aut inferno respice Saturnum sicut sit ut in aliis supra
dictis in domo quarta super hereditate et in octava
indicat super mortuos et in sexta infirmos servos aut
res amissas recuperandas aut debita aut res furtivas

Vel medietatem   Et notandum quod quando planeta aut signum fuerit in domo proprietatis interrogationis videtur dominus posse curare. Nisi planeta sit in casu sue dignitatis scilicet domus exaltationis aut triplicitatis quia tunc non implebitur penitus immo deficiet in aliquo quia incipiet fieri sed non perficietur. Sed si inveneris planetam proprietatis rei in aliqua suarum dignitatum fortunatum in ascendente aut septima aut bono aspectu domini ascendentis vel lune et evasit ab infortunis et cum luminari aut si luna in coniunctione bono aspectu aut transfundat planete qui est de natura rei quesite aut unus illorum aspiciat ascendentem et alter sit de natura rei quesite aut in ascendente aut in septima quod tunc ostendit complementum rei quesite

Et nota quod planete qui sunt in ascendente ostendunt illud quod ~~sequitur deinde~~ est in presenti et manifestabitur cito et qui sunt in septima ostendunt illud quod sequitur deinde et signa immediata ostendunt res variari et fixa ostendunt veritatem rei communia vero ostendunt res assanatas

Et si in hora interrogationis fuerit Sol aut luna in aliqua suarum dignitatum in ascendente aut bono aspectu domini ascendentis vel ipse ostendit complementum quesiti maxime si Sol fuerit liber ab infortunis et sic [illegible] ita ostendit complementum rerum que sunt de sua natura fortius cum sunt in suis dignitatibus aut in orizonte orientali in bono aspectu ascendentis   Et nota quod mali aspectus luminarium aut fortunarum non significant damnum nisi in recuperando debita et iura Et boni aspectus infortunatarum significant labores et pericula cum medio remedio aut mali aspectus infortunarum significant penitus damna et amissa Et aspectus planetarum ad invicem aut cum ascendente a gradu per gradum ostendit rerum celeritatem et res non permanere Et aspectus qui sunt adhuc in minus quam octo gradibus ostendunt rerum futurum quod fiet cito Et demonstratio plus aspicientis ascendentem est secundum naturam aspectus et signi in quo est et aspectum in quibus ipsa est cum alio

planete maxime cum luminaribus aut domino domus
septime aut domini quesite. Et similiter planete qui
fuerint in suis domibus. Sed dominus ascendentis et planete
qui fuerint in ascendente et luna dicunt aliud quod
erit de quesitore aut de illo gratia cuius fit interrogatio.
Sed significator quem accepit ptolomeus et est planeta
qui habet plures potestates in ascendente aut loco luminarium
coniunctionis aut oppositionis precedentis ante interrogationem aut
in ascendente aut in locis luminarium aut partis fortune
hore interrogationis. Quod si huiusmodi planeta sit in angulo
maxime in medio celi aut in domo anguli aut in domo sua bono
aspectu luminarium in hora interrogationis indicat secundum
naturam suam tam in bono quam in malo et non aspiciet aliud. Et
quando talis significator est bonus et aspicit bene ascendens
aut luminare aut quod sit cum parte fortune in ascendente
aut in medio celi et in aliqua suarum dignitatum indicat
bene de natura eius significationis et dominus in qua ipse
est. Et significator huiusmodi sit infortuna indicat contrario.

Rumores an sint veri

Si autem queratur de auditione an sit vera vel non aspicies
primo signum ascendens an sit ardens vel aquaticum in
hora interrogationis. Similiter quod sit in dominio signum
vel terreum verum erit. Tamen aspice dominum ascendentis vel
lunam si est aliquis eorum sub radiis solis et nullus
planeta aspiciat ascendens tunc vana sunt verba. Et
si dominus ascendentis et ipse fuerint in coniunctione malorum
et carent domino aut in aspectu existente aliquo eorum in
sua dignitate aut in angulo aut cum luce, verba que
narrat erunt vera. Et si luna fuerit in aspectu mercurii
in signo fixo et aliquis eorum in domo anguli et
luna in lumine verba que narrat erunt vera maxime
si aliquis eorum fuerit in domo septima aut quarta. Et
si luna fuerit in sua dignitate et in domo anguli
in aspectu domini ascendentis aut mercurii aut ascendentis
aspectu sufficiente cum ascendente aut in dominio
eius. Et si in hora qua dicuntur nova fuerit in angulo
ascendente aliqua stellarum fixarum que vocatur
[illegible] aut si dominus ascendentis fuerit in angulo in

Coniunctione aut aspectu domini domus quarte aut domini
domus prosperitatis quesiti aut domus lune aut lune
audit quod noua sunt vera maxime si aliquis eorum
fuerit in aspectu sufficienti cum ascendente aut in
domo eius aut cum luna aut in parte fortune Et si noua
sunt de homine mortuo et dominus ascendentis aut luna
aut aliquis significatorum fuerit sub radiis solis Tunc
quod audit quod mortuus est perditus aut monstruoso(?) magis
si dominus ascendentis fuerit in domo octaua aut in malo
aspectu infortunii ventis(?) in octaua aut si dominus ascendentis
vel aliquis luminarium fuerit in coniunctione malo aspectu
seu transumptione(?) domini ascendentis aut luminaris aut si
in domo prosperitatis nouarum fuerit planeta de natura nouarum
in coniunctione aut aspectu lune aut domini ascendentis aspectu
conueniente aut si dominus ascendentis vel luna fuerit in
domo prosperitatis rei quesite in coniunctione aspectu seu trans
mutatione domini domus quesite Tunc quod noua erunt
vera et vera erunt noua si luna aspiciat ascendens
aut planetam de natura rei quesite aspectu conuenienti
cum nouis maxime si luna fuerit in signo fixo aut
domo anguli aut signo qualitatis nouarum Si autem
in hora audicionis nouarum vel de hac inueneris sed
oppositum horum que diximus noua erunt fallacia
Et si constellacio eiusdem hore fuerit concordans cum
natura nouarum erunt vera que si bone non fuerint
erunt amplius bona Si autem constellacio eiusdem hore
sit varia ab hiis predictis noua sunt fallacia Et nota
quod bone constellaciones significant bonum et male constellaciones
malum et dampnum Et quando luminare aut fortuna
fuerit in bono aspectu ascendentis aut domini eius aut
lune et in bonis signo et domo audiunt bonum et hoc
maxime si fuerit dominus ascendentis tamen fortuna vel
infortuna Et si in hora denunciacionis nouarum apparuit
utrumque luminare hoc et aliquis eorum fuerit dominus ascendentis
et liberi ambo a coniunctione seu malo aspectu Saturni

ipse quod Saturnus non fuerit in ascendente neque in
septima erunt nova vera Si autem mercurius et luna
fuerint in signo fixo in bono aspectu ab eodem domino
ascendentis et luna sit luminis et liberi ab infortunis
erunt nova vera Sed si Saturnus fuerit in ascendente
aut in septima aut in malo aspectu lune nova sunt
vana Et nota quod nova erunt vera si in hora
utriusque nove fuerit ascendens signum fixum et luna
et mercurius fuerint in signo fixo et adhuc luna quod
separetur ab fortunis maxime si fortuna a quo separatur
luna sit in angulo

Capitulum duodecimum de electionibus horarum quibus incipiunt homines ea que volunt facere

Homo appetens quod tempus est quatuor temporum anni sit sufficiens ad operandum quicquid voluerit deinde appetens constellationem sufficientem ad rem quam vult facere et signanter pro talibus debet homo appetere tempus et constellationes sufficientes que sunt medicinales quas homo debet servare pro sanitatis custodia sui corporis et sunt scilicet conservatio sanitatis flebotomia et evacuatio Et nota quod tempora anni sufficientia ad convenientiam sunt initium veris aut finis autumni et sunt vitanda tempora estatis et hiemis propter distemperantiam eorum Et quando aliquis voluerit convenire in aliquo tempore predictorum caveat dies frigidos aut calidos valde et ventosos et eligat dies temperatos calidos humidos in quibus nihil de calido aut frigido excessivo sit Deinde appetat diem habentem bonam constellationem et quod non sunt luminaria aut stelle fixe de magnitudine prima in coniunctione malo aspectu seu transmutatione infortune Et quod sit luna in coniunctione bono aspectu seu transmutatione veneris iovis aut solis quia tunc scias quod est bonum tempus ad perveniendum et custodiendum sanitatem et ad preservandum corporis et meliorabitur complexio eius Sed si homo convenerit in die mali sequente

aut mali venti aut male caliditatis aut quod sint lumi-
naria cadentia ab angulis et in combustione aut in malo
aspectu infortunatorum quia tunc dampnatur complexio
eius aut fiet ei egritudo. Et si volueris facere flebotomiam
aspicies alia tempora et constellationes. Et scito quod melius
tempus flebotomandi est tempus veris et dies temperati et
in quibus non fuerint mali venti et quando non sunt luminaria
in coniunctione malo aspectu seu transmutatione infortunii
aut cum fuerit luna in signo aereo aut igneo in con-
iunctione aut aspectu Jovis vel Veneris aut in bono aspectu
solis tunc est bonus dies ad flebotomandum. Sed non convenit
flebotomari cum luna fuerit in geminorum signo neque in
aspectu mercurii quia est spissum tunc fel valde.
Ptolomeus. Si quis flebotomatus fuerit aut inciderit cum
ferro membrum de natura signi in quo est luna necabit
membrum ipsum. Et dicit Almassar. Non est bonum facere
flebotomiam luna existente in signo geminorum. Sic non
est bonum ut ventosetur luna existente in tauro. Et quando flebo-
tomatus fuerit luna existente in signis predictis preter geminorum
signum in coniunctione aut bono aspectu Jovis fluet bene
sanguis ab eo et meliorabitur complexio eius et augmen-
tabitur salus eius. Sed si flebotomatus fuerit in tempore
distemperato et in die male constellationis existente infor-
tuna in ascendente septima aut medio celi aut luminaribus
existentibus cum infortuniis aut stellis fixis de magnitudine
prima aut secunda aut in malis aspectibus infortunarum sciat
quod dampnabitur complexio eius et causabitur ei egritudo maior
si luminare aut infortuna dampnans fuerit in aliquo an-
gulorum tunc dubitandum. Si autem volueris dare me-
dicinam solutivam debes eligere tempora et constellationes et
dies sufficientes ad hoc. Et melius tempus anni ad hoc
est ver et medium eius et finis autumpni in diebus
temperatis in caliditate et frigiditate et sit tempus humidum
et aspicies dies in quibus sunt luminaria et fortune libere
ab infortuniis et a combustione et malo aspectu earum

Maxime appiciat horam in qua fuerit infortuna aut planeta dampnatus ab infortuna aut illa stella fixa que dr canis maior in orisonte aut ppe ea in orientali vel in occidentali et cauebit ab exhibicione medicine quia esset tunc causa mortis aut egritudinis Et quando fuerit ascendens in eadem hora signum fuerit aquaticum aut luna fuerit in signo aquatico aut ipsa et dns ascendentis sint sub terra taliter quod nec sit canis maior neque alia infortuna ipse orizonti tunc dabis medicinam salutiuam et euacuabit bene corpus ab humoribus viscosis propter fortitudinem medicine et euacuabit corpus suum et meliorabit complexio Si vero luna esset super terram in aspectu dni ascendentis vel esset iupiter in aspectu vomet medicinam Et si luna sit sine coniunctione aut aspectu Jouis aut sine lumine medicina nil operabitur Et si canis maior aut infortuna esset in ascendente aut luna in eadem hora exhibicionis medicine nocebit corpori et erit causa egritudinis Unde ptholomeus Si quis assumpserit medicinam luna existente cum Joue minuit opus medicine Et alii in commento eius dicit Accipe medicina non est opus naturale corpori sed est opus quod intromittitur in corpore Et si luna fuerit cum Joue dabit super vim gratia medicinam corpori Et iterum videmus quod quando ille qui accepit medicinam olfacit bonos odores retinetur opus medicine Et dicit ptholomeus quod qui assumpserit medicinam quando luna fuerit in cancro pisces aut scorpione Et dns ascendentis fuerit in aspectu stelle existentis in medio celi quod medicina non proficit ei Si vero sit in aspectu stelle existentis sub terra proficiet medicina Dicit almassor Surliora signa in accipiendo medicinas purgatiuas sunt aquatica et melius eorum est Scorpio et piscis est cancer Et melius est quod in hora qua accipiat quis medicinam sit luna in signo aquatico et ascendens sit aquaticum
Et quando fiandi humoribus extracas fieri quare est necesse
et operantur cum fortibus cum igne vel fluant quare est hoc

Et quinda hora

Eligendi hora in qua sit luna in signo igneo in bono
aspectu Jovis aut Veneris et libera ab infortunijs in
angulo maxime in ascendente aut ponas fortunam
aliquam in ascendente et tunc facias ferream in igne et
facies proficue quod volueris

Si autem volueris facere aliquam aliam electionem ad
incipiendum rem que tendat ad bonum respice aliquod
signum quod sit de natura rei quam volueris facere et ponas
ipsum ascendens et sit in die in quo sit dominus ipsius
signi in elementorum signo de natura signi ascendentis
aut lune aut quod sint in signo de natura illius rei quam
incipere volueris et quod non sint luna neque dominus ascendentis
damnati ab infortunijs antea adiuventur a fortunis
quia tunc omnia tendent ad bonum Verbi gratia si vis peragere
iter aliquod extra [illegible] ponas ascendens aliquorum quod
est leviorum et mobile et lunam in piscibus quia significat
et quod sit etiam luna in tertia domo quia est domus
levitatis eius et significat iter et cum hoc sit iter cito et
leviter Et si sit fortuna in ascendente aut secunda in
coniunctione aut bono aspectu lune et libera ab infor-
tunijs tendet negotium ad bonum et comodum Et si fuerit
infortuna erit econtra Sed si aliqua infortunarum
aspiciat bene lunam significat laborem sine comodo et quod
non recuperabit illud ad quod vadit

Et si volueris ire ad regem ponas ascendens bene
sic quod sol bene aspiciat ipsum Et quod sit luna in ariete
in domo decima in coniunctione aut bono aspectu in
sua parte aut in sole [illegible] quod sit cum lune et ascen-
dente et lunaria quod sint libera ab infortunijs in domo
septima tunc enim incipe viam tuam et recuperabis
cum rege illud ad quod vadis cito et bene Tamen quod
Sol et luna habent maiorem vigorem in hoc et [illegible]
significant reges Igitur cum aliquis dominorum ascendentis fuerit
in signo aut domo que testatur super reges significat
habere quicquid petit a rege ita tamen quod non impe-
diat aliqua infortunarum Et secundum hoc iudicabis
in alijs electionibus secundum naturam rei quesite

Si autem volueris facere aliquod precium respice signum
ascendens revolutionis anni scilicet illius puncti in quo

Ingressus fuit Sol in ariete Et si fuerit dominus lu-
minaris aut fortune et ponas ipsum signum in ascendente
et dominum eius in bona domo et quod sit in coniunctione
aut bono aspectu luminaris aut fortune aut in aliqua
suarum dignitatum et luna cum lumine in domo spectata
rei quam volueris operari et in bono signo et ambo
sint liberi a dampnis infortunatarum et tunc incipe
opus tuum et fiet multum mirabile et ponas lunam
cum lumine in ascendente vel in aliquo succedente a
in medio celi aut in domo spectata rei quesite in
coniunctione vel bono aspectu domini ipsius signi aut
Solis aut fortune et liberi ab infortunatis ipsi et
anguli et domus secunda et septima tunc incipe et
fiet multum bonum opus tuum Sed si signum predictum fuerit
domus infortune aut quod sit in eo infortuna aut
luminare vel fortuna in malo aspectu infortune aut
infortuna in angulo que dampnat luminare aut fortu-
nam in aliqua hora istarum tunc ne constituas ascendens
tale signum neque medium celi neque domum spectatam
rei quesite in hora inceptionis neque ponas in eo
lunam nec planetam aspicientem ipsum neque ascen-
dens aut dominum eius quia non fiet desiderium tuum
et accidet tibi infamia et dampnum in malo modo
et tunc est tibi apponendum ascendens et angulos con-
iunctionis aut oppositionis sterile ante electionem
et tamen semper in huiusmodi electionibus signa quibus
fuerint infortune aut fortune dampnate ab eis quod non
ponas ea in ascendente nec in domo spectata rei
quesite aut negociorum secundarum quia accidet inde
dampnum, sed semper accipe signum in quo sunt fortune
aut luminaria in bonis aspectibus fortunarum et ponas
ipsum signum ascendens aut domum spectatam negocii secundi
et hec est secretum
Item si volueris facere aliquid tendens ad bonum elige
dominum hore quod sit bonus aut fortuna et quod sit in aliqua
suarum dignitatum aut in domo nature ipsius operis
quod vis facere ita quod sit liber ab infortuniis et a
malo aspectu Solis et lune et quod sit cum lumine
et directus in coniunctione bono aspectu transmittentem
luminaris aut fortune et quod non sit in gradu stelle

Fixe male neque sit sub terra et in horimenes
maxime contra eos manifesti
Si autem volueris facere rem aliquam bonam respice
ascendens et quando fuerit luna in bono signo in con-
iunctione aspectu aut transsumptione infortune aut in
bono aspectu solis et quod infortune non sint in coniunc-
tione aspectu seu transsumptione luminarium neque in
domo ascendentis et quod sit ascendens bonum et omne quod sequitur
fiet erit bonum
Si autem volueris facere aliquod actum quod non publi-
cetur neque sciatur aspicias quod sit luna sub luce et
quod sint luminaria sub terra Et meliores domus harum
sunt tercia quarta aut quinta Et nota quod
omnes aspectus mali fortunarum adiuvant sicut bonum
causa faciendi malum aut causa mali aut in aliquo
malo Et boni aspectus infortunarum in fortunis sicut
malum causa faciendi bonum Et boni aspectus bonorum
planetarum cum bonis sicut bonum causa boni Et mali
aspectus malorum adiuvantem sicut malum causa mali
Si vero in nativitate hominis pro quo facies electionem fuit
luminare aut fortuna sciendum si ipsa fortuna aut
luminare sunt damnati ab infortunis quod non sint in
electionibus quarum feceris luna in coniunctione aut aspectu
talis planete damnantis Et secundum hoc in quacumque anno
sit in revolutione eius planeta damnans facies
ita Si vero in nativitate aut revolutione fuerit
aliquis bonus planeta in angulo et bono aspectu fortunatus
pones in quacumque electione lunam in simili aspectu
aut coniunctione talis planete secundum quod fuerunt in nati-
vitate aut revolutione ipsius hominis Amplius sciens
aspicies quod non habeat luna in electione talem aspectum
malum cum aliquo planeta quale habuit infortuna-
tum luminare aut fortuna in nativitate aut revolucione
ipsius hominis Cavere tamen ne ponas lunam in electione
in angulo aut domo in qua steterat infortuna in nati-
vitate aut revolutione ipsius hominis Sed in domo in qua
fuit fortuna aut luminare in nativitate aut revolucione
eius et quod sit luna in coniunctione aut bono aspectu forti
Dicit enim Ptolomeus apparentes infortunas in electionibus
sicut facit bonus medicus quando ponit aliquid de veneno

In electuarijs Et dicit Hali in suo commento
quod astronomi ignari non aspiciunt nisi fortunas
quas ponunt in melioribus locis quibus possibile est et di-
mittunt infortunas non advertentes ad eas neque ad
naturam domini electionis neque domini rei quesite et cum
electiones huiusmodi impediunt magis quam benefaciunt
Sed astronomi prudentes primo aspiciunt naturam
domini electionis et rei quesite quia quandoque contingit
quod aliqua infortuna est domina nativitatis ipsius ha-
bentis cuius est electio facienda Et quandoque est domina
operis faciendi Et si huiusmodi dominus apparuerit in aliquo locorum
electionis non proficiet aliquid de quesito Et ideo astro-
nomi prudentes aspiciunt primo nativitatem eius qui petit
electionem deinde ponebant dominum ascendentis nati-
vitatis quicumque sit in ascendente aut in melioribus
locis possibilibus aut in parte fortune aut in domo proprie
rei quesite Et si non sciunt eius nativitatem aspiciunt
rem quam vult facere et planetas significantes talia in
sunt bonum vel malum Et ideo dixit ptolomeus ponende
sunt infortune in electionibus quia quandoque non fallunt neque
sunt defraudantes in rebus faciendis Et quandoque alium preci-
dere invenimus quam velimus et potest quandoque dare malum pro
malo quam bonum pro malo Et ideo docemus apponere infor-
tunas in electionibus sicut medici ponunt toxicum in
electuarijs Amplius ptolomeus dixit nam firmat electio-
nem nisi scientia bene naturam rei quesite et quantum
patitur de saturno Et misit opus celeste opus bono et operis
opera quibus expertus fuisti et non apponas nec tamen tantummodo
in virtutibus stellarum quia si hoc facies esses talis sicut
ille qui legit et non intelligit et talis scientia non perdurat
Et Hali dicit in commento Precepit ptolomeus ut astronomi
dicant res temperatas et similia quibus vidit et expertus
fuit et illud quod probaverunt antiqui qui fuerunt
ante eum et quod benedixit quod aliqua infortuna habeat
vim aliquam quod dicit quod significatur bonum aliquod malum de
natura illius infortune Si vero fuerit fortuna bonum
et malum vel bonum erit secundum illud quod petunt interrogantes
Amplius quod in electionibus fuerit firmat electionem ad

Item querentem sicut docet et inveniet quesitum et
ponat tales planetas in locis predictis electionis qui
sunt ei secundum nativitatem suam et statum suum Et si ille
quod convenit per nativitatem devolutionum aut interrogationum
eius quantum erit illud quod poterit lucrari in [illegible]
et secundum planetas fortunas in nativitate devolutionis aut interroga-
tionis Et dicit Almansor quod in electionibus regum laudantur
signa que sunt domus planetarum superiorum soli sunt in electionibus
aliorum hominum inimicorum laudantur signa planetarum inferiorum
Igitur debemus apparere ascendens in electione triangulum huius
signum quod sit conveniens statui suo ut dictum est deinde debemus
apparere in angulis aut apparere lune vel in domo eius [illegible]
planetarum fortunate in nativitate devolutionis aut interroga-
tionis ¶ Amplius dicit ptolomeus respice nam vo 17 pth
illius rei tenuit et illud quod potest fieri et potest tollerare
deinde tempore radices eius Et hali in commento dicit ptolo-
meus precepit quod omnis astronomus sciat nativitatem rei an-
tequam iudicet quia si hoc non fecerit iudicans errabit
Et alia expositio dicit apparet sermonis quem precepit ptolomeus
est aut vult dicere generis animalis in constellatione nativitatis
quia astronomus debet scire si sit de genere serviorum aut dominorum
aut cuius legis est et quale poterit tempore vim constellationis
sue nativitatis quia constellationem sequitur nativitas eius quia
constellatio sequitur opera secundum constitutionem qualitatis mundi
et secundum apparitionem que sunt in animali ad recipiendum
influentiam constellationis quia non quod saracenum et
eorum christianorum nisi mutet legem suam non debent
esse rege aliarum gentium nisi sunt primum magnum alie
transmutationis unum vel mutet se ad aliam legem aut
si furatus fuisset et poneretur in figura hominis alterius
generis aut si mutasset constellationis in sua vita et hoc
accidit causa constellationis generalis et causa constellationis
fortissime in nativitate ipsius hominis aut causa alicuius
stelle cadentis aut comete apparentis in nativitate sua
cum alia bona constellatione [illegible] virtutes celestes
in animalibus rebus secundum potentiam recipiendi earum et secundum
figuras et membra earum sicut equi galli [illegible]

Aut multiplicari quia licet nascantur in excellentissima
constellatione numquam erunt ipsi sed possunt esse fortes
aliquo sine gubernatore et bonum scilicet pannum recipiendi quamvis

Dixit ptolomeus non est bonum facere pannos quando luna
fuerit in leone et peius erit si fuerit luna infortunata
hoc est in coniunctione aut malo aspectu eius infortunii
Hali autem in commento dicit hoc quod dicit ptolomeus
intelligitur quod non scindat pannos neque suat eos neque
induat eos prima vice quia signa fixa sunt mala
ad faciendum aliqua mobilia maxime leo quod est fixum et
dominatur rebus que sunt in eo Vel aliter quando luna est
in leone est melius facere pannos quia est signum igneum
maxime si fuerit luna sub radiis Solis aut in coniunctione
seu malo aspectu infortunii ratione testificacionis lune
super animam operis Et si luna fuerit in leone sub radiis solis
erit opus quod combustum Et si luna fuerit in signo alio
in malo aspectu infortunii furabitur aut rumpetur aut
fracta seu destructa cum perfectionis recipit infortunium Sed si
luna sit in signo fixo in bono aspectu fortune aut veneris
durabunt multum panni licet aliqui dixerunt quod hec
perduratio non est bona neque ex parte salutis aut commodi
hominis quia ipse cottidie vult mutare pannos Et
ptolomeus dixit quod non potest invenire lunam cum duobus
planetis de natura illius quod voluerit recipere si inveneris
lunam cum aliqua stellarum fixarum que sunt de natura duorum
planetarum quos quesivisti Hali dicit manifestum
est dictum ptolomei

pro Itinere

Dixit Albumasar in hora qua iter inceperis / quod sit hora
lune aspectus sunt fortune / aut ascendens / et quod non sit
hora Saturni et martis / neque sit infortuna in ascendente
neque septima / neque nona neque etiam in medio celi
Et dixit aliud quod ascendens et dominus eius signi leonis
a quo Et septima et dominus eius bonum ad quando Et quod ut sit
luna addita lumine / in ascendente aut domo anguli / aut in
coniunctione seu bono aspectu planete / qui sit de natura rei
super quam incipit iter Et si infortuna fuerit in ascendente

Aut luna in malo aspectu ascendentis aut fortune significat
moram reditus. Et si infortuna fuerit in ascendente
in malo aspectu lune et luna in nona in scorpione aut
significat ire et nunquam redire. Et si infortuna fuerit in domo
secunda significat dampnum in illo quod dimittit in domo sua. Et si
sit infortuna in septima domo significat contrarium in loco
ad quem vadit. Et si sit in nona erit dampnum in itinere
aut in illo quod ducit secum. Et ille qui voluerit redire in
bono de itinere preponat solem aut lunam aspectu Jovis
aut Veneris. Et si luna fuerit inter duas fortunas sic et
sol. Et unusquisque illorum sit in ascendente aut quinta significat
reditum cum marsupium et valorem. Et si domina septime
fuerit bona et in ascendente et liber ab infortuniis significat
quod in itinere invenerit thesaurum ad quem vadit. Et cetera
si fuerit luna in coniunctionis aspectu aut combustione
planete retrogradi. Et non est magis viam cum luna est
in via combusta. Et non quod aspectus planetarum tam bonorum
quam malorum sunt fortiores omnibus luna quam omnium ascendente

In introitu aut civitatis aspicies quod sit fortuna dominus sit eius — In ingressu civitatis
et in ascendente aut in secunda decima aut undecima aut
in aliqua suarum dignitatum et liber ab infortuniis et combustione. Et si contingeret quod sit luna cum domino ascendentis
aut fortuna. Et quod sit fortuna in domo secunda aut in bono
aspectu fortune aut solis aut domini eius aut cum lumine et
liber ab infortuniis quia hoc erit melius quod eligis. Et
aspicies quod non sit infortuna in domo secunda neque sit planeta
ibi in malo aspectu infortune neque sit infortuna dominus
secunde. Et adhuc ad incipiendum iter quod bonum sunt bona
signa ignea quando sunt in ascendente et luna in aliqua
suarum dignitatum in coniunctione seu bono aspectu sit libera
ab infortuniis addita luce et in signo igneo. Et quod non sit
infortuna in ascendente septima nona neque in coniunctione
malo aspectu lune aut domini ascendentis sed fortuna. Et quod dominus
ascendentis et luna sint in bono aspectu domini septime aut
none quia hoc facit bonum iter

Electio pro commuta-
cione domus aut habi-
tacionis

~~Si autem volueris facere electionem appetas diem in quo~~
~~sit luna addita lumine in tauro aut cancro~~ ad trans-
lacionem unius domus ad aliam pro habitacione facies
sicut dictum est de villis Et si fuerit possibile facies
ascendens taurum et quod sit in septima aliqua fortuna
aut luna sit in bono aspectu fortune aut luna in domo
et exaltacione sua aut in bono signo et in domo fortune
in bono aspectu fortune aut solis maxime domini eius et
quod sit addita lumine libera ab infortuniis cave ne sit opp...
quantum dictum

Si volueris facere electionem appetas diem in quo sit
luna addita lumine in tauro aut cancro aut leone
in coniunctione aut bono aspectu solis libera ab infortuniis
et in hora sponsalium appetas quod non sit infortuna
neque stella fixa de natura infortune in angulo maxime
in ascendente neque quod sit infortuna in angulo neque in domo
anguli et quod sit luna in ascendente aut medio celi aut
quod sit ascendens ipsius hore domus fortune que fuerit
in bono aspectu lune et quod luna sit bene recepta a domino
eius aut quod sit una infortunarum in quinta aut septima
in bono aspectu luminarium et libera ab infortuniis tunc est
bona hora ad faciendum coniugium

Si autem volueris facere parvulos appetas quod sit luna in
ariete cancro aut pisce in coniunctione aut bono aspectu
fortune cum luna in domo anguli Jupiterum aut in ascendente
et libera ab infortuniis et in bono aspectu ascendentis aut
domini eius et quod non sit aliqua infortunarum in septima
secunda aut angulo aliquo

Si autem volueris facere arma pro corpore tuo appetas quod
Sol fuerit in sagittario et luna in ariete et quod sit
mars in bono aspectu earum et solis cadens ab angulo
et quod sint isti liberi a coniunctione Saturni et ascendens
constitueris signum aereum quod est melius in hoc signo igneo
et quod non sit infortuna neque stella fixa de natura earum in angulo
et tunc incipias facere arma tua

Si autem volueris habere bonam famam in villa quam vadis
ad habitandum elige horam introitus in ipsam quod sit aliq...

Fortunatam aut lunam in bono aspectu Solis aut for-
tune in ascendente aut undecima et in aliqua suarum
dignitatum liberam ab infortuniis Et quod sit ascendens signum
quod sit domus alicuius fortune Et iam quod sit signum ascen-
dentis Et dominus ascendentis sit in undecima aut quod dominus
undecime sint in ascendente et quod ipsi sint boni et
in domo [?] aut bono aspectu aliquo eorum existentes
in aliqua domo [?] liber ab infortuniis

Si autem rex voluerit eligere horam ad obtinendam civitatem — In exitu ad bellum
aut villam vel ad pugnandum [?] aspicies quod moveat
rex a villa que est caput regni sui in die qua sit Sol
in ariete et luna in leone quando luna fuerit in ascendente
egrediatur rex cum gente armata de ipsa civitate ad pugnandum
civitatem quam vult obtinere Et aspicies quod non sit luna
in ascendente neque in septima impedita ab infortuniis
maxime si Saturnus fuerit in bono aspectu martis
cum ambobus luminaribus et domino ascendentis Sed non curet
quod sit infortuna in angulis ascendentis neque in septima neque
in decima quia hic omnibus observatis lucrabitur quicquid vult
aut aliquid loco eius Set [?] est illud nativitas
aut revolucio eius ipsius anni maxime si hora predicta
fuerit aliqua fortunarum in ascendente aut in domo sexta
libera ab infortuniis

Si autem volueris incipere ad medicandum infirmum respice
quod non sit luna in malo aspectu infortunarum neque dominus
domus sexte neque dominus octave et quod sit luna crescens luminis
et una fortunarum in ascendente aut in domo sexta in
aliqua suarum dignitatum in bono aspectu lune aut domini
ascendentis et quod sit luna in domo anguli [?]
[?] quod sit dominus ascendentis cum lumine liber ab infortuniis
in ascendente decima aut undecima in aliqua suarum
dignitatum in bono aspectu aut transmittat [?] boni
planete et tunc incipe medicacionem eius

Si autem facias commutationem in cura eius infirmi vel
egrediaris de civitate ad aliam ad curandum tunc cave ne
sit infortuna in ascendente sexta octava aut quarta

Neque in combustione neque malo aspectu neque sub
radiis Solis aut domini ascendentis

Ad loquendum cum varijs personis

Si autem volueris loqui cum regibus respice quod sit
luna in ariete aut leone Si autem cum principibus
sit luna in sagittario Si cum prelatis vel episcopis cum
cardinalibus in thauro Cum mercatoribus in libra Cum
[illegible] aut nautis in cancro Cum religiosis in virgine
Cum nigris de marcello aut cum vespillonibus in Scor-
pione Cum rusticis in capricornio Cum ortolanis aut
clericis in aquario Cum captivis aut spoliis in signo geminorum
Et in quibuscumque istorum aut similium aspicias
quod sit luna in coniunctione bono aspectu aut coniuncta-
tione vnius fortunarum aut in bono aspectu Solis aut
cum mercurio et quod sit libera ab infortuniis neque sit
infortuna in ascendente neque in septima neque in
domo potestatis illius cum quo volueris loqui

Ad porrigendam peticionem

Si autem volueris facere peticionem respice quod sit in
septima planeta de natura rei quesite in bono aspectu
domini ascendentis aut lune et ipsi in aliqua suarum dignitatum
et liberi ab infortuniis et in lumine Et si petis
[illegible] ponens Jovem aut lunam in suo bono aspectu
Et si petieris aliquid spiritualium pone Saturnum
et lunam in bono aspectu Si autem mulierem venerem
Si dignitatem Solem Si affirmamus lunam itaque sit
talis modi planeta exiens in septima in bono aspectu
domini ascendentis et tunc ab animali quod est de natura sig-
ni in quo est luna

i. plite

Si volueris inire coitum aspicies diem quod sit luna
in ariete tauro aut libra in coniunctione aut in aspectu
veneris aut Jovis aut mercurii et quod luna et
planeta applicantes ipsam sint cum lumine et non
sit luna in opposito Solis aut quod sit luna in coniunctione
Solis in uno signorum dictorum et infortuna quod non
sint in quartis neque in malo aspectu aut translumi-
nacione cum luna ibi et aspicias horam in qua
facias peticionem quod sit ascendens domus istorum predictorum
signorum et quod non sit infortuna in angulo neque

Aspiciat male ascendens neque sit in nona et
tunc bonum incipere plurimum maxime si dominus ascendentis
fuerit fortuna et bene et boni planete sint in angulo
et dominus septimus fuerit cadens a domo vel exaltatione
sua aut angulo
Si autem volueris facere flebotomiam aut evacuationem
aut aliquod opus medicinale aspicias quod non sit aliquis lu-
minarium in domo sexta aut octava neque planeta
in malo aspectu aut coniunctione seu transumptione
infortune in ascendente neque in nona neque in octava
neque in angulo quia si sit innovabit aliquod
damnum et iterum cave in horis faciendi opera medi-
cinalia quod non sit caudis maior in angulo
Si autem volueris facere quamcumque rem aut incipe-
re viam lucrativam respice quem planetam habueris
ipse in nativitate in ascendente ita quod non sit casus
aut in sede quod haberet aliquam dignitatem certa in
signo in quo fuerit et cum fuerit luna in coniunctione
talis planete incipe quamcumque volueris et perficies
opus aut vinces eum aut lucraberis eum Et si luna
fuerit in oppositione eius aut in coniunctione seu malo
aspectu planete qui fuerit in domo septima in na-
tivitate hominis aut cum planeta qui sunt in malo
aspectu planete predicti homo in nativitate dicas quod
nichil attinget Amplius non incipias aliquid cum
luna fuerit in coniunctione planete contrarii neque planeta
qui est in ascendente aut in secunda nativitatis
hominis quia non sequitur inde nisi damnum licet sit
ipse planeta contrarius fortuna et hec contrarietas est
sicut Jovis et Saturni Amplius oportet semper habere
intentionem in nativitate hominis qui planete sunt in
bonis aspectibus cum luna aut cum aliis Et quando luna
fuerit in simili aspectu cum ipsis planetis tunc
incipiat homo sua opera dato quod sint in malo aspectu
et cum infortuna Et si incipiat opus suum quando luna
fuerit ad coniunctionem nativitatis cum planetis incipiens
complebit opus suum aut si sint in diverso aspectu
nativitatis cum illis obligera Et in nativitate

Quando fuerit luna in coniunctione martis simul
et si incipiat opus mala erit luna fuit maior
aut quando applicatur martis egredietur in eo et complebit

[illegible]
[illegible]
[illegible]





pm

Vuursemus ♄ ♃ ott

81 / 28 — 18

amma mea

In nomine domini

Henricus

Hali l.° 1 c°lo 3e

In venditionibus scire si emptor habuerit proficuum de hac hereditate vel non aspicias in hac aspectibus scilicet utrum cum altero et si domini applicuerint vel non [illegible] et 7 aut 10 vel plures eorum et fuerit in [illegible] scias quod habebit hereditatem et proficuum de ipsa et si dominus ascendentis et dominus quinte domus applicuerint duobus ascendentibus de 7 vel 10 et fuerint impediti fortunati scias quod habebit proficuum de illa et si [illegible] fuerint fortune partis domini 2e cum domino ascendentis et [illegible] aspectus alterius scilicet cum domino ascendentis aut plures eorum de quarta et [illegible] sive [illegible] corporalis sit [illegible] que inde habebit [illegible] cum labore et pena et cum [illegible] si fuit [illegible] [illegible] cum [illegible] labore et si fuerit fortunatus scias [illegible] de [illegible] illa et [illegible] in aliquo [illegible] suarum [illegible] marte et fortunatum aspectu [illegible] de angulo et ascendente [illegible] aspicit [illegible] aut [illegible] et [illegible] si [illegible] in aliquo [illegible] fuerit aut in medio [illegible] scias [illegible] luna bene placente dei

Nativitas [illegible] [illegible]
[illegible]

mobile // igneu // bestiale

Aries domus martis exaltacio solis in gradu 19. Et est signum calidum et siccum colericum orientale masculinum diurnum ruptum voce habens paucorum filiorum multi usus cum muliere. Amarum pebile. Et habet ex corpore hominis caput et faciem

Taurus domus veneris: Exaltacio Lune in tercio gradu. Et est signum terreum frigidum et siccum melancolicum Meridionale femininum bestiale nocturnum integrum voce habens paucorum filiorum Acre et Aspicit arbores que plantantur et collum hominis cum gutture // fixum

Gemini domus Mercurij Exaltacio capitis draconis in tercio gradu. Et est signum commune Aereum calidum et humidum sanguineum occidentale masculinum humanum racionale Sterile dulce bicorporeum habet ex corpore hominis humeros et manus

// largum bonum animum

Cancer domus Lune: Exaltacio Iouis in gradu 15. Et est signum mobile Aquaticum frigidum et humidum flegmaticum Septentrionale femininum reptile Mutum multorum filiorum salsum: habet ex membris corporis pectus stomachum Costas splen et pulmonem.

Leo ~~signum~~ domus solis: Et est signum
fixum igneum calidum et siccum colericum, orien-
tale masculinum diurnum ruptum habens
vocem: sterile: multi usus cum muliere amarum
calledum visatum multe angustie et tristicie
habet ex membris hominis Cor dorsum et latera

Virgo domus Mercurij et exaltacio in
gradu 15mo Et est signum commune terreum
frigidum et siccum melancolicum, Meridionale femininum
humanum nocturnum, Sterile Acre largum
boni animi Aspicit omnia feminina, et de
corpore hominis ventrem et intestina

Libra domus veneris, Exaltacio saturni
in 22o gradu: Et est signum mobile autumpnale
aereum calidum et humidum sanguineum occidentale
masculinum ~~nocturnum~~ humanum diurnum
paucorum filiorum, dulce, boni animi habet
de corpore hominis Lumbos et inferiora ventris
usque umbilicum pectine ilia et nates,

Scorpio domus martis: Et est Signum fixum
Aquaticum frigidum et humidum flegmaticum
Septentrionale femininum reptile // nocturnum multorum
filiorum Salsum: Largum boni animi habet
ex membris corporis vesicam testiculos anum
et verenda

// mutum

Sagittarius domus Jovis: Exaltatio caude draconis in 3° gdu, Et est signum comune igneum cali. et sicum colericum orietale masculinum diurnum bicorporeum habens vocem paucorum filiorum: Amarum: callidum ingeniosum et de corpe homis ht femora

Capricornus domus Saturni exaltatio Martis in gdu 28. Et e signum mobile Solsticij hiemalis terreum frigidum et sicum melancum meridionale feminum bestiale nocturnum paucorum filiorum: Multi usus cu intre Aere bone Vite iracundum cautum mlte iusticie ht de humano corpe genua poplites

Aquarius domus Saturni. Et e signum fixum Aereum calidum et humidum sanguineum occidentale masculinum humanum diurnum paucorum filiorum: dulce; ht de corpe hominis Crura Suras et tibias:

Pisces domus Jovis exaltatio veneris in gdu Et e signum comune Aquaticum fri. et hu. flegmaticum septentrionale femininum reptile bicorporeum ruptum Mutum nocturnum Multorum filiorum ~~salsum~~ Multi usus cu muliere salsum: cautum callidum ht de corpe homis talos et pedes

Ascendens

Prima domus celi que Ascendens dicitur
Aspicit Corpus humanum, Caput precipue et
faciem: scitur per eam quantitas vite: et eius
corporis quoque mouimentum: Aspicit inicia omnium operum
Omne interrogante: et eum qui aliquod opus in-
choare decreuerit: Gaudet in hac domo
Mercurius: et est Albi coloris: Et dominus primus
trigoni huius domus significat vitam: naturam nati: et inter-
rogantis et quod boni aut mali eueniet in vite
inicio / Secundus significat Aspicit Corpus virtutem eius
atque fortitudine: et quod accidet nato in medietate
vite sue: Tercius intuetur ea que in fine vite
nati debeant accidere /

Substancia

Secunda domus est Substancie victus lucri
negociacionum: diuiciarum post mortem mulierum delictarum
Et primus dominus triplicitatis huius domus significat substanciam
nati et interrogantis quoque et ea que in prima etate
vite puenire debeat nato: Secundus significat victum nati
et substanciam Secunde etatis: Tercius negociaciones et
substanciam siue diuicias in etate tercia / et hec
domus est viridis coloris: habens de membris
humani corporis Collum cum gutture /

cadens

